





B. 375.
24 / 2208
1761, 1.

DISSERTATIO IVRIDICA
SISTENS
THEORIAM ET VSVM PRACTICVM
DOCTRINAE
DE PLVRIS PETITIONE

QVAM
AVSPICIIS DIVINIS
RECTORE
ILLVSTRIS ACADEMIAE HASSO-SCHAVMBVURGICAE
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE ATQVE DOMINO
CLEMENTISSIMO
DOMINO FRIDERICO
HASSIAE LANDGRAVIO, PRINCIPE HERSFELDIAE, COMITE
CATTIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE NIDDAE
SCHAVENBVURGI HANOVIAE RELIQVA

PRAESIDE
IOANNE WUNDERLICH
IVR. VTR. DOCTORE ITEMQVE IVRIS CANONICI PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

AD D. FEBR. A. O. R. c^o b^o CCLXI.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTET

IOANNES ERNESTVS CVHN
CASSELL. - HASSVS.

RINTELI
LITTERIS I. G. ENAX, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IURIDICA

THEORIAM ET USUM PRACTICVM
DOCTRINAE
DE PVBLICIS PETITIONIBVS

AVTHORIS DIGNISSIMI
RECTORIS
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AUSTRIACAE
BOEMICAE ET SARDINIAE

DOMINO FRIDERICO
CAROLO PRINCIPALI AUSTRIACAE
BOEMICAE ET SARDINIAE
ARCHIDVCI

AVTHORIS
IOHANNIS WANDERLICH

AD PRAESIDIUM
PRAESIDIUM
IOHANNES FRIDERICVS CANN

IN VINDOBONA
LITHEVS & MAYER, ACAD. TYPOG.

qu
Er
Pr
ru
O
de
co
ra
lo
pr
de
er
N
po
br
E
m
ca
Z
M
m



(O)

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Instituti ratio in PRAEFAMINE exponitur.

SECTIO I.

quae sistit theoriam doctrinae de pluris petitione.

Pluris petitio quid? eius indoles et natura, §. I. Eius origo deriuanda, non ex LL. XII. Tabb. nec ex Praetorum Edictis, sed ex disputatione fori et prudentum responsis, §. II. quod ulterius probatur §. III. Quatuor modis plus peti posse, notatur 1) re, §. IV. dein 2) tempore, vel a) naturali, β) vel legali, γ) vel conuentionali: Quid intersit, utrum quis ante diem petat, vel ante conditionis euentum? §. V. porro 3) loco: An qui in loco domicilii petit, quod certo loco promissum, in poenam pluris petitionis incidat? §. VI. denique 4) causa: Quomodo haec differant, plus re, et, plus causa petere? §. VII. Poena pluris petitionis: Num ipso iure causa ceciderint? In quibus iudiciis haec poena locum habeat, aut non habeat? §. VIII. Fata huius doctrinae 1) sub libera Republica: Praetor Edicto in integrum restituere promisit, modo minores, modo maiores, §. IX. nec non 2) sub Imperatoribus, nominatim Claudio, Vespasiano, Hadriano, Caracalla, §. X. Diocletiano et Maximiano, §. XI. Zenone: Qualiter duplicandae sint dilationes? §. XII. Num in fisco, plus tempore petente, poena antiqua nibilominus remanserit? §. XIII. Examinatur Bachouii
singuli

singularis obseruatio, §. XIV. tandemque Iustitiano, §. XV. In quibus casibus poena antiquitus constituta nihilsecius remanserit? §. XVI.

SECTIO II.

quae sistit usum practicum doctrinae de pluris petitione.

Opiniones Ictorum de praesferentia modo Iuris Civilis, modo Iuris Canonici recensentur et examinantur, §. I. De Germanorum cura in coercenda litigantium temeritate remissive differitur, §. II. Superesse etiam hodie poenam pluris petitionis, sed non ubique eandem, probatur. Obseruatur Ius Romanum Noribergae, Francofurti, Culmae, ut et in Hassia, et Iuliaci atque Pomerania Suecica, §. III. Non obseruatur in Prussia, §. IV. Saxonia, Bremae, Lubecae, §. V. Num et in Iudicio Aulico? §. VI. Quaestionum practicarum Sylloge: 1) Vtrum exceptio pluris petitionis sit dilatoria, aut potius anomola? §. VII. 2) Vtrum exceptio pluris petitionis tempore paratam executionem impedit? §. VIII. 3) Vtrumne iudex libellum, in quo plus re vel causa petita fuerit, ex officio emendare et sustinere debeat? §. IX. 4) Vtrum, si procurator praeter mandatum plus petit, poena haec etiam ad dominum redundet? §. X. 5) An, et quousque actor euitare possit poenam pluris petitionis §. XI. 6) Quomodo pluris petitionis poena ad arresta porrigitur? §. XII. 7) An in concursu creditorum locus sit exceptioni pluris petitionis tempore? §. XIII. Conclusio huius libelli academici, §. XIV.

DVPLI-



DVPLICEM omnino etiam eius libelli, quem Imperator Iustinianus *Institutionum* nomine nobis reliquit, dotem esse, ut scilicet non *prodesse* solum, sed et *delectare* possit, constanter numquam non credidi, et adhuc in eadem, neque, ut puto, erronea me versari opinione, publice profiteor. Vix etenim errauero, si, *alteram* huius libelli *dotem* innumera fere illa antiquitatum et historiarum vestigia esse, contendam, quae in eo ubique latent. *Historiae* nimirum cum iurisprudentia valde necessariam esse coniunctionem, vnamque ab altera diuelli nullo modo posse, nullos tam hebetes, arbitror, fore, qui non intelligant, nisi improbi sint, ut dolo malo dissimulare malint, aut ira praecipitatis opinionibus decepti, simulque adfueti, ut intelligere nolint. *Res*

A

anti-

antiquas autem Romanas maxime, inspicere atque cognoscere, per se pulchrum esse, quis negabit? Quis ita inhumanus est, quis ira durus, qui non legendis, diuque noctuque pertractandis aliarum gentium, Quiritium potissimum, ritibus, solemnibus, institutis, moribus delectetur? Immo vero tantam inesse, omnes veluti vno ore confitentur, antiquitatum studiis suauitatem, eamque vti amoenam suapte natura, ita fructuosam pariter, vt et doctissimi viri non sine maxima voluptate atque insigni cum fructu orium, quicquid habuere, in iis contemplandis perlustrandisque his deliciis numquam non lubenter et auide consumserint.

Deinde vero *alteram* virtutem, quam huius libelli, fas mihi erit, iidem *dotem* nominare, quaeque eundem mirifice commendare potest, hanc esse, existimo, quod non modicam rerum pene singularium farraginem contineat, de quibus alium alibi et in toto etiam iure est silentium. Quemcumque quidem alium, per me licet, offendant, quod obsoleta haec, nonnullaque antiqui iuris capita huic libello inferuerit Iustinianus. Ego certe nihil moueor, neque id ipsum tanto Imperatori exprobrare vumquam audeo, optime videlicet gnarus, antiqua saepissime nouissimis facem accendere, ita vt, quae postmodum in ipso rerum vsu obtinuerunt, densissimis omnimodo tenebris inuoluta mansissent atque sepulta, nisi ex antiquis lucem aliquam cepissent. Ignoraremus equidem vna cum ignarissimis, nisi ex Institutionum libris ea omnia discere nobis datum esset, et originem codicillorum, fideicommissorumque, et succedendi ab intestato antiquum ordinem, modumque,

que, et Legis Hostiliae pariter atque S^Cti Largiani sententiam, et furtorum diuersa genera, poenasque diuersas, et quae sunt reliqua: argumenta, ad vnum profecto omnia, quae ab homine, iurisprudentiam professo, sine pudore, sine ingenti etiam detrimento ignorari nequeunt; digna potius, si quae alia, quae summa, qua poterit, diligentia vltius excutiantur. Et his ipsis quidem, nullam habere me causam video, quare non doctrina de *pluris petitione* accenseri a me debeat, quam, non vt multa alia, ex occasione saltem, sed ex instituto, vt loqui amant, in Institutionum libro quarto pertractauit Iustinianus, quamque ceteroquin compilatores Digestorum, quidni dicam et Codicis, penitus neglexerunt, aut hinc indeque attigerunt quidem, ita tamen, vt prorsus non eandem attigisse, aut videri nobis possit, aut forte etiam praestaret. Hanc igitur materiam, et rerum varietate sane pulchram, et vtilitate sua satis commendatam, in animo habeo, pro virili parte paullo plenius explicare, et, quae disputari ea de re non inutiliter possunt, vndequaue congerere, atque naturali quodammodo ordine libello hoc academico proponere. Quod dum facere mihi sumo, dabo simul operam, neque intermittam, quin vel vno hoc exemplo praestem, vt, si non omnes, aliqui tamen iucunditatem ex assidua Institutionum Iustinianearum lectione perscrutationeque hauriendam, capiendamque largiter vtilitatem, amplius intelligant et ad ipsos hos fontes adeundos, auidiusque, quam vulgo solet, bibendos prouocentur.

SECTIO I.

*quae sistit**Theoriam doctrinae de plus petitione.**Plus pe-
titionis quid?*

QUANTO studio illi apud Romanos, qui iura reddebant, quorumque erat, salutis publicae consulere, imprimis prospexerint, ne quis litern alteri temere inferret, verbis exprimi vix potest; neque etiam opus est verbis, ubi in re tam manifesta fat monumenta et ipsa huius studii testimonia adsunt. Etenim non ipsam tantum litium materiam, quantum fieri posset, praecidendam putarunt; Sed calumniam quoque actorum reprimendam, et, ne quis ad litigandum tam facile prorumperet, temeritatem omnem atque importunitatem gravissimis poenis esse coercendam laudabili consilio censuerunt. Inde certe iam ipse haud vereor adfirmare, hoc ipsum unice in causa fuisse, ut plus petitionis etiam poena introduceretur. *Plus petitio* autem est exactio debiti alicuius, cum debitoris tamen damno coniuncta. Inuoluit igitur plus petitio actionem, sed talem, qua, qui actoris vice fungitur, causa non satis explorata, *plus* in iudicio petit, quam sibi a reo debetur, *plus*, quam ad eum pertinet, *plus*, quam de iure exigere poterat. Voluerunt igitur antiqui iuris conditores, actorem aduertere debere quam maxime, ne omnimodo plus petat: quod si vero secus fecisset, placuit, ut ipsi petitio omnis noceret, atque ius omne amitteret, ita, ut non tantum, quod plus

*Plus pe-
titionis in-
doles, na-
turae.*

plus petiisset, perderet, sed simul quoque omne id, quod re vera ipsi debebatur.

BARN. BRISSONIVS *de formulis et solemnib. Popul. Rom. verb. Libr. V. n. 42. pag. 364.*

II.

DVM autem placet, doctrinam hanc a primis suis initiis arcessere, ante veluti notandum, arbitror, Viros nonnullos, quorum iudicium in plerisque alias adcuratissimum compertus sum, etsi summam in iis eruendis diligentiam adhibuerint, valde tamen, hac saltem in re, hallucinatos fuisse. Sunt scilicet, qui putant, originem huius doctrinae ex ipsis XII. Tabb. Legibus esse deriuandam, inque iis nonnihil etiam de pluris petitionibus cautum fuisse. 1) Neque forte errare eos putaueris ipse propter ea, quae apud CICERONEM 2) leguntur. Is enim, dum refert, *Scaeuolam patronos, iuris ignaros, risisse, Hypsaeum et Octauium, addit: Atqui non defuit illis patronis eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, sed iuris ciuilibus prudentia, quod alter plus lege agendo petebat, quam quantum Lex XII. Tabb. permiserat: quod quum impetrasset, caussa caderet: alter iniquum putabat, plus secum agi, quam quod esset in actione: neque intelligebat, si ira esset actum, litem aduersarium perditurum.* Alii contra contendunt, primordia huius doctrinae ex *Edictis Praetorum* deriuari oportere. 3) Verum autem, quemadmodum nulla exstant huius doctrinae ante XII. Tabb. LL. vestigia, ita neque in ipsis illis legibus vestigia illius vlla adparere, et verba illa apud Ciceronem, *quam quantum Lex in XII. Tabb. permiserat, accipi debere aut de actione*

Eius orige deriuanda non ex LL. XII. Tabb.

nec ex Praetorum Edictis,

ne

*sed ex dis-
putatione
fori et pru-
dentum re-
sponsis:*

ne tutelae, quemadmodum *Cuiacius* hunc *Tullii* locum interpretatur; *Ioan. Harprecht* ad *Instit. Tom. IV. pag. 773. aut spuria omnino, ab imperito aliquo glosfatore perperam adfuta, et verius multo esse, nihil quicquam de pluris petitionibus in XII. Tabb. comprehensum fuisse magis dicendum, cum CONR. RITERSHVSIO 4) et EVERH. OTTONE, 5) qui potius cum plerisque aliis iuris interpretibus adserere non dubitarunt, totam hanc doctrinam ne quidem ex Praetorum Edictis descendere, sed cum iurisprudentia formularia fere simul natam, et iure ciuili, prudentum scilicet responsis, consultationibus, a nemine oppugnatis, aut disputatione fori inductam fuisse. 6) Nouimus enim, magnam fuisse veterum Ictorum auctoritatem, ac tantam quidem, vt interpretationes etiam eorum, quibus mentem legum referebant, vim iuris obrinuerint. Et quamquam in statu populari eorum responsa et declarationes per se exiguo erant valore, quum vnusquisque, qui fiduciam studiorum habebat, priuata saltem auctoritate iura interpretabatur; haec tamen interpretamenta, trutina fori postmodum adprobata, tacito populi consensu in mores abiisse, et pro iure non scripto habita fuisse, *POMPONIVS* 7) refert.*

- 1) Quod verosimile quondam visum *Balduino, Hottomanno, Pichardo et PARDVLPHO PRATEIO in Iurispr. Veter. apud Otton. in thesaur. iur. ciuil. Tom. IV. p. 462. quos, miror, sequutum fuisse etiam Summum Virum IUST. HENN. BOEHMERVM in not. ad §. 33. Inst. de actionib. Legem enim a Prateio effictam, auctoritate veterum destitutam, veluti supposititiam iure suo reiecerunt IAN. VINC.*

VINC. GRAVINA et IOAN. NIC. FVNCCIUS, vir de omni
litteratura optime meritus, in suis doctissimis ad LL. XII.
Tabb. commentariis.

- 2) *De Orator. Libr. I. cap. 36.*
- 3) Quae est IAC. RAEVARDI *Varior. Libr. III. cap. 14.* et paucorum aliorum sententia.
- 4) *In commentar. in XII. Tabb. LL. Class. III. Part. 3. cap. 16.* adde HVB. GIPHAN. *ad Instit. Iustin. pag. 643.*
- 5) *In Commentar. critic. Instit. ad §. 33. Inst. de actionib.*
- 6) Huc facere videtur constitutio, quae legitur in *L. 2. Cod. Hermog. de calumn. et plus petit.* in qua Dioclet. et Maxim. Imp. *Plus, inquit, petitur, sicut responsis prudentium continetur, summa, loco, tempore, causa, qualitate, aestimatione.*
- 7) *In l. 2. §. 5. ff. de Orig. Iur. vid. WILH. VAN DER MVELEN in Exercitat. ad h. Tit. p. 374. seqq.*

III.

HAEC autem omnia, quo clariora euadant, ex antiquo Romanorum, causas in iudicio agendi, modo paullo vberius erunt declaranda. Is scilicet forensium negotiorum habitus erat, eaque conditio, ut quibus fere actus iudiciales certis solemnitatibus circumscripti fuerint, quas temere neglexisse nemini non damnosum esse poterat. Huc referas velim, quod, partibus in ius ambulantis, aut ubi vocatus in ius venerat, actor ante omnia *intentionis* seu actionis suae formulam, impetrata prius a Praetore editionis venia, quod *postulare* dicebatur, id est, *petere*, ut sibi liceret, in aduersarium intendere, exponere teneretur. 1) Ex petito tunc actoris certa iudicii formula componebatur, 2) causa ad iudicem pedaneum deuoluebatur, cuius potestas certis, quos excedere

quod ulterius probatur:

cedere non poterat, limitibus erat circumscripta, ita ut non nisi secundum formulam, eidem praescriptam, iudicare ipsi liceret. Inde IAVOLENVS, 3) *ultra id, inquit, quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest.* Inferenda autem huic formulae erat in iudiciis stricti iuris simul exceptio: alioquin eius rationem habere non poterat iudex: indeque est, quod, teste CICERONE, 4) Tribunorum plebis potuerit implorari auxilium, si forte in formula Praetor omiserit aut reus neglexerit adiacere exceptionem. Reus igitur si postea iudici adprobasset, aliquo modo actorem plus petiisse, iudex datus cogebatur, reum absolueret, qui, quodsi denuo forte contra eum, ab eodem, et ex eadem causa actio institueretur, rei iudicatae exceptione defendebatur. 5) Non tempero mihi, quin, haec omnia sese ita habuisse, probem THEOPHILI auctoritate, eiusque verba hoc loco inferam: ita autem ille: 6) *Sciendum est, inquit, quod si dilatoria exceptio semel opposita efficax fuerit, hoc est, actorem a iudicio repellere potuerit, peremptoriam exceptionem parit, id est, actio ipsa propter pluris petitionem, ut eleganter ait CICERO, 7) erat consumpta.* Ipsarum autem formularum quia tam lubrica erat, tam captiosa ratio, ut, si plus, quam actor iure petere posset, complecteretur, actor ex trita iuris subtilitate causa statim caderet sua; 8) potissimum inde factum, arbitrantur Viri docti, ut Praetor, interrogationem in iure faciendarum causa, Edictum singulare proposuerit, 9) cuius, duplicem fuisse commoditatem, recte obseruauit CAR. FERDIN. HOMMELIVS, iurisconsultus Lipsiensis, et ad ornandam poliriorem iuris-

iurisprudentiam natus, 10) *parim*, vt probationum difficultas hoc modo tolleretur, *parim*, vt prospiceretur agentibus, ne plus petendo caussa caderent. 11) Potuisset equidem, non nego, reus ab instantia absolui, salua actione, quam actor male ita instituerat; verum subtilitas formularum id neutiquam admisit, sed rigida potius, qua utebantur iureconsulti, ratio voluit, vt lis simul pro finita, actio pro consumta haberetur, et prorsus nihil consequeretur male prouidus actor, atque exceptione insuper rei iudicatae, quia nimirum maiori, quod petitum esset, inesset minus, quod debebatur, 12) in perpetuum summoueretur.

- 1) IAC. RAEVARDVS in *Protribunal. libr. IV. et V. C.* IOAN. LÜD. ALBRECHTVS in *diff. de vera iurisdictionis veteris indole §. X. seqq.*
- 2) De distinctione inter formulam intentionis et iudicii vid. IOAN. HIER. STENGER in *diff. de legis actionibus §. VIII.*
- 3) In l. 18. ff. *Commun. diuid.*
- 4) *Quaestion. Academ. Libr. IV. cap. 30.* Eo rigore tamen opus non erat in actionibus bonae fidei, quibus potius exceptiones inesse credebantur: indeque arbiter datus earum etiam rationem habebat extra formulam. Inde porro iam facile patet, in iudiciis *stricti iuris* exceptiones opponendas fuisse *in iure*, adeoque ante litis contestationem, in iudiciis autem *bonae fidei* etiam *in iudicio*, post litem quoque contestatam: Conf. GERH. NOODT *de iurisdiction. Libr. I. cap. 13.* et passim in scriptis aliis de *foenore et usuris*, et de *formula emendand. dol. mal.*
- 5) EM. MERILLIVS in *commentar. ad §. 33. Inst. de actionib.*
- 6) *Ad §. 10. Inst. de exceptionib.*
- 7) *Loc. cit.*
- 8) BARN. BRISSONIVS *Select. Antiquitat. Rom. Lib. IV. c. 10.*
- 9) IOAN. SAM. STRYCK *diff. de Processu Iuris Romani antiquo*
B cap.

cap. IV. n. 31. seqq. et commentatores ad Tit. ff. de interrogat. in iur. fac.

- 10) In eleganti prolutione auspicali de interrogationibus in iure faciendis hodie non sublatis Lips. 1750.
- 11) Bene autem contra *Frantzium* et *Struuium* monuit SAM. STRYCK in *dissert. de probatione per interrogationem adversarii* §. XXVIII. facultatem interrogandi minime tribuisse solum ploris petitionis periculum, neque interrogationes ad solas actiones personales fuisse restrictas, verum obtinuisse etiam eas in actionibus in rem, uti et in actionibus in rem scriptis: quum non ea propter solum introductae fuerint, ne actores formulae actionis, a Praetore impetrandae, iusto maiorem quantitatem infererent et causa caderent; sed, ut constaret quoque, cum quo agendum sit, qua ex parte possideat, an possessor, aut dominus sit, ne elusorium redderetur iudicium. Add. V. C. IOAN. PHIL. CARRACH *diss. de interrogationibus in iure, earumque defectu in foris Germ.* §. V.
- 12) L. I. §. 4. ff. de verbor. obligat. add. IOAN. STRAVCH in *diss. ad ius Iustinian.* pag. 642.

IV.

Quatuor
modis plus
peti posse,
notatur

SED ista, quae hactenus proposui, ideo prolixius exequutus sum, ut certo constare, et ex his oppido colligi posset, omnem hanc de pluris petitione doctrinam ex iureconsultorum interpretatione, tanquam ex fonte suo, promanasse. In conceptione igitur actionum, quis est, qui non videt, magnam antiquitus fuisse adhibendam cautionem, ne aliter quoquo modo ageretur, quam oporteret. Quatuor 1) autem modis plus peti posse, 2) *re* scilicet, *tempore*, *loco*, *caussa*, ipse Imperator Iustinianus nos edocuit, 3) et, ut eo melius cognoscatur, quemadmodum ab inui-

in vicem distingui debeant, quaelibet genera subiectis exemplis praeclare illustravit. Ad mentem igitur summi huius legislatoris diuersarum harum specierum, non intermisso, sicubi post tantam eruditissimorum hominum messem relinquetur, nonnullarum obseruationum spicilegio, indolem atque naturam nunc pro instituti ratione cum cura indagare, operae pretium esse duco. Primo autem pluris petitio *re* committi dicitur, seu *quantitate*, si quis scilicet maiorem *vel* pecuniae summam, *vel* partem rei, quam quae sibi debetur, petit, id est, si is, cuius ex parte res est, totam *vel* maiorem partem suam esse contenderit. 4) Quod tamen, probe aduertentibus aliis, saltem procedit in debito *principali*, quando nimirum illud in formula actionis augetur; non aequae autem in *accessorio*, veluti, quum aliquis petit rem cum fructibus ac interesse, et postmodum in progressu litis constat, fructus et interesse non deberi, sed rem saltem principaliter debitam. Quantitas autem in libello expressa, tamen si etiam *uno* saltem *nummo* maior sit, num etiam effecerit, vt actor causam nihilofecius amiserit? quaeritur. *Vnicum nummum* in iure pro re minima haberi, constat, et pro vilissimo pretio, eiusque positionem esse synecdochicam; in quo sensu non facile poterit definiri illius quantitas: quamquam *Ciceronem* pro re minima *nummum sesterium* expressisse, post *Gothofredum* monuit EVCHER. GOTTL. RINCK. 5) Illi igitur, qui notae fati iuris regulae insunt: MINIMA NON CVRAT PRAETOR, negant quaestionem propositam. Verum autem, quum haec regula ad casum specialem, ceu ex ipsius

1) re

B 2

legis,

legis, in qua eadem continentur, verbis patet, pertineat, 6) magis esse, puto, vt adfirmemus, in caussa pluris petitionis Romanos *vnun* etiam *nummum* maxime adtendisse, eumque etiam, qui modicum saltem vltra debitum petiit, plus debito petiisse, vtique censuisse. 7) Hinc scilicet, quum apud PLAVTVM 8) *Danista* dixisset, *nibilo plus se petere, Tranio*, seruus, respondet:

Velim quidem hercle, vt VNO NUMMO plus petas.

- 1) Alii quidem *sex* genera siue modos plus petendi adferunt, et supra nominatis pluris petitionem *qualitate* et *aestimatione* addere, eamque in rem prouocare solent ad constitutionem Diocletianeam, quae continetur in *l. 2. Cod. Hermog. de calumniat. et plus petit.* Verum autem ANTON. SCHVLTINGIVS in *Iurisprud. Anteiustin.* pag. 241. dudum iam monuit, verba haec, *qualitate* et *aestimatione* sine dubio interpretationi saltem inferuire vocabuli praecedentis *caussa*: quo eodem loco laudatus vir non male obseruat, ipsum IVL. PAVLLVM in *Sententiar. Recept. Libr. I. Tit. X.* haec pluris petitionis genera itidem minus recte enumerasse.
- 2) Eosque non, vt vult VLR. HVBERVS in *praelect. ad Tit. Inst. de actionib.* §. 23. vsu temporum et pristinis solemnitatibus paullatim exolescentibus, formularumque impetrationibus sublatis, sed auctoritate vtique etiam prudentum et disputatione fori omnino, puto, inductos fuisse: conf. *l. 2. Cod. Hermog. de calumniat. et plus petit.*
- 3) §. 33. *Inst. de actionib.* Add. GEBH. CHRIST. BASTINELLER in *diss. de vitiis libelli* §. XVII. *segg.*
- 4) Videantur Hottomannus, Bachov, Vinnius, aliique ad §. 33. *Inst. de actionib.*
- 5) In *diss. de vno nummo* Cap. II. §. 14.
- 6) *L. 4. ff. de in integr. restit.* vid. RINCK. in *diss. cit. c. III. §. 2.* et imprimis etiam IO. SIBRAND in *diss. de minimo*. *Rost.* 1687.
- 7) Et

- 7) Et potissimum *arg. l. 192. ff. de verb. signif.* vbi VLPIANVS, *Haec adiectio*, inquit, PLVRISVE, non infinitam pecuniam continet, sed modicam, ut *taxatio haec*, SOLIDOS DECEM PLVRISVE, ad MINVTVLAM SVMMAM referatur.
- 8) *In Mostellar. Act. III. sc. 1. §. 121. seq.*

V.

PLVS deinde etiam petitur *tempore*, quando videlicet quis praemature agit, eoque ipso auferre intendit reo vtilitatem, medio tempore percipiendam. Neque tamen vno, sed triplici potius, modo tempus considerari posse, constat, 1) siquidem aliud *naturale* est, seu ex natura rei definitum, e. g. si quis pacto promiserit fructus nascituros, tunc etenim illud subesse tempus, in aprico est, vbi erunt maturi: aliud est *legale*, seu ex lege, vbi ipsa lex dilationem tribuit, e. g. in dotis repetitione, si in re mobili consistit, vbi annus datur, 2) et in actionibus personalibus quoad executionem, quadrimestre spatium; 3) aliud denique *conventionale* seu ex conventionione, quod ex partium consensu definitur, siquidem aut *dies* aut *conditio* adponatur: et in his etiam casibus, quum quis pure exigit id, quod *in diem* vel *sub conditione* debetur, certe plus petit. Interim, quam anxii fuerint interpretes in eruenda huius iuris ratione, et in definiendo potissimum, quid interfuerit inter petitionem *ante diem* et *ante existentem conditionem*, dici vix potest. 4) Nam, quod ad id spectat, quod dicitur, eum plus petere, qui *ante diem* id petit, quod ipsi in diem saltem debetur, eius rei rationem in promptu quidem esse, omnes facile agnouerunt. Etenim licet, quod in diem promissum est, statim vtiq; debeat, quum obli-

2) *tempore*

a) *vel naturali,*

β) *vel legali,*

γ) *vel conuentionali.*

Quid interfit, vtrum quis ante diem petat, vel ante conditionis eventum?

obligatio, quae iuris est, tempore non suspendatur, peti tamen prius, quam dies etiam venerit, non posse, aperti iuris est. 5) Verum autem, quo pacto etiam is plus petere dici possit, qui *ante conditionis adiectae eventum* petit, non satis evidens esse videtur, imprimis, quum pendente conditione nondum sit aliquod debitum, nec obligatio aliqua orta, nec actio nata. 6) Quapropter etiam REINH. BACHOVIVS 7) aperte factus est, hoc ipsum, scilicet etiam eum pluris petitionem committere, qui ante existentem conditionem petit, incaute et perperam a Triboniano textui Institutionum adiectum fuisse. Neque ipsi satis, ut ipse scribit, fecit FRANC. HOTTOMANNVS, 8) sed, quod hic adtulit, *etiam banc temeritatem actoris, qui ante conditionis existentiam agit, coercendam fuisse*, insubtile esse, pronunciat. Neque etiam placere possunt, ab aliis, qui glossae adhaerent, hanc in rem prolata in medium, dictionem nimirum *plus* hoc loco improprie accipi debere et comparatiuum numquam praesupponere positivum, quando exinde absurdus oritur legum intellectus. Ad quam tamen sententiam magis fulciendam corroborandamque facere magno opere, putant, quod ipse Imperator hoc loco rationem a contrario deduxerit: scilicet, quemadmodum tardius soluit, creditori utilitatem temporis, seu diei, quae pars summae dicitur, praeripit; ita creditor contra, qui ante tempus vel conditionis existentiam debitum petit, temporis praefiniti utilitatem debitori non immerito adimere censetur. 9) Forte igitur potius est, ut cum HVG. DONELLO 10) et ARN. VINNIO 11) dicamus, Tribonianum *conditionis* vocabulo non eam

eam intellexisse, quae proprie et vere conditio est, id est, quae, an existitura sit, penitus ignoramus, et, qua proinde pendente, nihil debetur; sed eam, quam veteres minus proprie conditionem interdum adpellant, nimirum, de qua certum est, eam omnimodo existituram esse: quia tali sub conditione quicquid promissum est, illud, pendente quoque ea, debetur. Inde etiam esse, arbitrantur, quod SCAEVOLA 12) eum, qui *ante diem* agit, id est, antequam et cesserit et venerit, *male agere*, et litem amittere; eum autem, qui *ante diem cedentem* agit, quod ipsum toties fit, quoties quis, pendente etiam conditione, agit, *nihil facere*, scripserit, 13) scilicet, quia ex obligatione agit, quae nulla est, proinde, quum nihil sit, quod possit in iudicium deduci aut amitti, merito dicendum, statuunt, esse, poenam pluris petitionis nullo modo ad eum pertinuisse. 14)

- 1) IOAN. CHR. SCHAMBOGEN *in praelectionib. Institut. p. 202.*
- 2) *L. vn. Cod. de rei vxor. action.*
- 3) *L. ult. Cod. de usur. rei iudic.*
- 4) EM. MERILLIVS *Observation. Libr. III. cap. 36.*
- 5) §. 2. *Instit. de verb. obligat.* DAN. CLASSEN *in Tr. de actionib. pag. 127.*
- 6) IOAN. GOEDDEVS *ad l. 213. pr. ff. de verbor. signif. et DION. GOTHOFREDVS in not. ad l. 14. ff. de pignorib. et hypoth.*
- 7) *Loc. citat.*
- 8) *In Commentar. ad Institut. pag. 400.*
- 9) ZANGER *de exceptionib. P. II. cap. XI. n. 5.*
- 10) *In Comment. ad Tit. Instit. de actionib. pag. 449.*
- 11) *In Comment. Institut. pag. 367.*
- 12) *In l. vn. in fin. ff. quando dies ususfr. legat. ced.*
- 13) Vid. omnino IAC. CVIACIVS *Observat. Libr. XXII. cap. 2.* et DONELLVS *ad Tit. Instit. de actionib. pag. 452.*
- 14) Quic-

14) Quicquid etiam alii dissentiant cum GOEDDEO l. c. pag. 1186. et ANT. MATTHAEO in *Noris et animaduersionib.* ad *Institut.* pag. 354.

VI.

3) *loco.*

HIS igitur satis, ut puto, discussis, transire mihi nunc liceat ad aliud, quod in hac doctrina illustranda occurrit, genus, tanta, qua fieri poterit, breuitate explicandum. Plus scilicet etiam peti dicitur *loco*: quando nimirum id, quod certo loco alicui promissum est, alio loco ab eo petitur. Etenim, dum alio loco aliquid petitur, quod ipsum tamen secundum contractus verba alibi debetur, cuiusque solutio aut praestatio in alio loco, quam ubi petitur, fuerat destinata atque promissa, hoc ipso utique aufertur, quod tamen stricti iuris ratio non permittit, debitori utilitas aequae ac commoditas, quam haberet, si loco conuenienter solueret. Rationem subiicit ipse Imperator, quoniam scilicet, in hoc potius loco soluere, utilius per saepe est, quam in alio. Quae utilitas in eo vertitur, quod plerumque illa in mercibus maxima inueniatur, in rebus puta fungibilibus, quae per singulas regiones diuersa habere solent pretia, et secundum locorum diuersitatem in vno loco commodius multo, quam in altero, uti comparari, ita etiam distribui aut praestari possunt. 1) An vero, si, te certo loco daturum, promiseris, et ego petam in loco domicilii, etiam plus loco petere videar? perplexa disputatio est, et, quam tractari, sine subtili contemplatione, non posse, primo intuitu videtur. Omnis autem turba propter verba Imperatoris: *Si is, qui ita stipulatus fuerit: Ephesi dare spondes? Romae PVRE inten-*

An, qui loco domicilii petit, quod certo loco promissum, in poenam pluris petitionis incidat?

intendat sibi dare oportere, 2) euenit: ad quae congrue explicanda, quamquam plures sint, qui accesserunt, mihi tamen nullus aequae satisfacit, ac ANTON. PICHARDVS, 3) qui non modo viam inuenit, expediendi se ab illa difficultate, sed difficultatem ipsam, si modo recte iudicare valeo, plane sustulit. Licet enim, quid sit *pure petere*, ipse Iustinianus interpretari videatur, vt denotet, *sine commemoratione eius loci petere, in quo dari sibi stipulatus est*; rectius tamen, alia ratione haec verba hic capienda esse, monuit Pichardus, cuius verba adscribere, non erit, puto, superuacaneum. *Quamuis, inquit, is, qui Epbesi stipulatus Romae petens, his verbis utatur: AIO TE MIHI CENTVM DARE OPORTERE: numquid plus petere desinit, vel ob eam causam Romae dari oportet: nonne euidenter adparet, hoc etiam casu loci utilitatem adimi promissori, ac si ille locus non adiuiceretur: Quare ego existimo, PVRE petere, hoc in casu nihil aliud significare, quam petere, tam sine arbitrii mentione, quam sine commemoratione loci, hoc est, sine ea simul formula, quae arbitrariae actioni proposita est: QVANTVM AEQVIVS MELIVS ARBITRIO VIDEBITVR. Quod si igitur Epbesi stipulatus Romae petat et dicat: AIO TE MIHI EPHESI CENTVM DARE OPORTERE, SED HOC LOCO MIHI SATIS ERIT, QVOD ARBITRIO VIDEBITVR; tunc certe pluris petitionis poenam demum euitabit: non enim PVRE et simpliciter petit, sed id tantum, quod aequius et melius arbitrio videretur cum adiectione loci. Hac igitur actione Praetor subueniebat stipulatori, perque eam iudicis arbitrio, aestimare, quanti rei aut actoris interesset, Ephesi potius, quam Romae, solui. 4) Vt enim id, quod ratione loci inter-*

C

erat,

erat, saluo iuris ordine peteretur, opus omnino fuit, actionis naturam non adeo mutari, quam aliquid eius qualitatibus superaddi: scilicet, vt iudex eius, quod interest, ex varietate loci rationem habere posset, nec ita partium conuentioni adstrictus, ex aequitate condemnationem moderari posset, quo sensu placuit, hanc actionem modo *utilem*, modo etiam *arbitrariam* appellare. 5)

- 1) *L. 33. ff. ad Leg. Aquil. L. 63. pr. ff. ad Leg. Falcid.*
- 2) *§. 33. Inst. de actionib.*
- 3) *In Commentar. in Institut. pag. 305.* Neque etiam vulgaris sunt, sed ita comparata, vt ad decisionem huius controuersiae vtique queant facere, quae tradidit IOACH. MYNSINGERVS *ad §. 33. Inst. de actionib.*
- 4) *Conf. ANT. FABER Coniecturar. Libr. XV. c. 2. et GERH. NOODT ad Tit. ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. in Oper. Tom. II. pag. 247.*
- 5) Neque tamen eo sensu hanc actionem *arbitrariam* vocari, quo *arbitrarie* speciem faciunt oppositam *bonae fidei* et *stricti iuris* actionibus, idque ab arbitrio, id est, a iussu iudicis, rem iubentis restitui, cui si non pareatur, sequi solebat condemnatio in aliquid maius; sed ab illo arbitrio, aestimandi id, quod ratione loci interest, in ipsa vltima sententia, optime aduertit VLR. HVBERSVS *in praefationib. ad Tit. ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. §. II.*

VII.

- 4) *causa.* VLTIMUM tandem plus petendi modum, qui *causa* fieri dicitur, 1) praeterire nunc non possum, id est, quum aliquid aliter petitur, quam debetur, siue quando modus obligationis vel qualitas non seruetur. Et huius quidem pluris petitionis generis duo exempla ab Imperatore proponuntur, scilicet, si aut alterna-

alternatiue debitum petatur simpliciter; aut, si in obligatione generis petatur species. 2) In utroque enim casu electio, quae ipsi auferri minime debet, est debitoris, quamnam rem ipse dare velit. Certe autem qui alio, atque stipulatus est, modo petit, non potest non plus petere intelligi, quoniam hoc ipso electionis utilitatem debitori adimit. Exemplis interim hac in re uti nolo, ne nimis excresecat disputatio: neque etiam admodum necessarium duco, quum ista res vel plane iam exhausta, vel ita saltem pertractata est, ut, si post tot tantorumque virorum interpretationes meas qualescumque, et ieiunas forte, meditationes proferrem, temeritatis crimine, ne quid grauius dicam, vix liberari potuerim. Quod si autem ex me quaeratur, vtrum plaris petitis *caussa* a plaris petitione *re*, inter quae genera plerique nullum agnoscunt discrimen, re vera differat, non erubescendum mihi esse, arbitror, si palam profitear, me libenter discedere in partem eorum, qui, inter vtrumque plus petendi modum insignem vtrique esse differentiam, statuunt, quorumque sententiae ipse, quem supra excitauimus, iuris textus maximo praesidio esse videtur. Ex eo enim et ex exemplis ab Imperatore subministratis, praecipuam in hoc differentiam ponendam, adparere, puto, quod in plaris petitione ratione *rei* petatur aliquid, quod nullo modo debetur, quum plane non in obligationem fuerit deductum: ratione autem *causae*, quod petatur quidem aliquid, quod debetur, quodque in obligatione est, sed certa tantum ratione, et non praecise id, quod petitur, dum non eo modo petitur, quo debetur. 3)

Quomodo
haec differant,
plus
re et plus
caussa petere?

C 2

1) Seu

- 1) *Seu modo, vel qualitate, uti alias et iureconfulti loquuti sunt et ipsi Imperatores, conf. l. 44. §. 3. ff. de obligat. et actionib. IUL. PAVLLVS Sentent. Recept. Libr. 1. Tit. X. et l. 2. Cod. Hermog. de calumniat. et plus pet.*
- 2) §. 33. *Inst. de actionib.* Pacto igitur, alternatiuae stipulationi subiecto, efficere interdum studebant, ut vna etiam efficaciter res peti, neque actor exceptione pluris petitionis repelli potuerit; qui casus est in *l. 27. §. 6. ff. de pactis.* Conf. GE. AD. STRVV in *Euolutionib. controuersiar. in Syntagm. Iur. Civil. pag. 77.*
- 3) Consentiunt ZASIVS, MYNSINGERVS, SCHAMBOGEN, CLASSENIVS *ll. cc.*

VIII.

Poenā pluris petitionis.

RELIQVVM est, ut, quomodo Romani animaduernerint in eos, qui vel vna aut altera ratione pluris petitionem commiserint, adhuc significem atque exponam. In his autem modo memoratis omnibus pluris petitionis generibus id obrinuisse Imperator Iustinianus testatur, 1) ut, si quis agens intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertinebat, 2) *caussa caderet*, 3) id est, non actionem solum, processum et instantiam, uti hodie loqui solemus, sed amitteret quoque rem ipsam atque litem perderet, 4) seu, ut planius dicam, omni, quemadmodum supra iam memoratum est, imposterum actione excluderetur, nec vniquam ei, ne verum quidem debitum, petendi potestas concederetur. Neque tamen, pro-
 vt quondam, sed male, voluit BACHOVIVS, 5) *ipso iure*, sed beneficio potius et *auxilio exceptionis*, ceu recte vidit, monuitque RAEVARDVS, 6) plus petentes, hanc acerbissimam subiisse poenam, et quasi non, quemadmodum oportebat, agentes, videri possunt, *caussa*

Num ipso iure caussa ceciderint?

caussa demum cecidisse. Quocirca igitur nec naturalis obligatio, nec pignus soluebatur, quin potius persenerabat. Ita scilicet plus petens causam saltem dicitur perdere, ne amplius agere possit, non autem, ut verus eius debitor ob hoc ipsum a naturali etiam obligatione liberetur. 7) Denique, ut et hoc adificiam, non invita iurisprudencia statui, existimo, hanc poenam non in omnibus quidem et quibuscumque, quemadmodum opinati sunt HVB. GIPHANIVS, 8) CVNR. RITTERSHVSIVS 9) alique, sed in stricti iuris atque arbitrariis saltem iudiciis obtinuisse, ceu variis exemplis, ex ipsis legibus petitis, post superiorum temporum romanae iurisprudenciae interpretes, HOTTOMANNVM potissimum et WESENECEIVM, nouissime, atque, quantum satis est, IAN. A COSTA, 10) ANT. SCHVLTINGIVS, 11) EV. OTTO, 12) atque IOAN. GOTTL. HEINECCIUS, 13) euicerunt, a quibus dissentire mihi non licuit. Id vnicum tamen obseruatione dignum arbitror, poenam scilicet pluris petitionis uti nec in iudiciis bonae fidei, ita locum neutiquam etiam habuisse in *confiruro obligatorio* seu conuentionali, id est, in eo pacto legitimo, quo quis vel suum, vel alienum debitum soluturum citra stipulationem promittit. Testatur enim LABEO, 14) si, quod ex die debetur, iure quis constituerit, tunc etiam ante diem principalis obligationis constituentem recte posse conueniri: vbi simul etiam addit, propter has pecunias, quae in diem debentur, et nondum peti possunt, hoc pactum introductum potissimum fuisse, licet NIC. HIER. GVNDLINGIVS 15) commodum paciscentium generatim pro causa constitui habere maluerit.

In quibus iudiciis haec poena locum habeat?

aut non habeat.

1) §. 33.

- 1) §. 33. *Inst. de actionib.*
- 2) Addunt nonnulli, et quod ne ipso iure quidem ei debeat: ceterum, si quis petierit, quod totum sibi debebatur ipso iure, etsi pro parte per exceptionem elidi poterat, adeoque non debatur cum effectu, is nihilominus reliquum obtinere poterat, nec causa cadebat, l. 78. pr. ff. de Legat. II. vid. LOCAMER. ad §. 33. *Inst. de actionib.*
- 3) Vereor autem, ne illi recte sentiant, qui, diuersa esse, causa cadere et formula cadere, negant: neque enim vel differentia ipsa, vel ratio differentiae longe quaerenda esse videtur. Vid. HERM. VVLTEIVM in *Comment. Instit.* pag. 802. Immo etiam ex ipsa l. 43. §. 9. ff. de Aedit. Edict. inferri atque deduci posse videtur, eum, qui ante euentum conditionis debitum conditionale petit, formula quidem cadere, sed non causa; ita scilicet, vt, eueniente postea conditione eum adhuc actionem instituire posse, dubium non sit.
- 4) L. 27. ff. de pignorib.
- 5) Ad *Institut.* pag. 825.
- 6) *Varior. Libr. III. cap. 14.* cui omnino iungendus IOSEPH. AVERAN. *Interpretation. Iur. Libr. I. cap. XIV. n. 27. sqq.*
- 7) Arg. l. 60. pr. ff. de condict. indebit. EUOLV. AEG. HORTENSIVS in *Comment. Institut.* pag. 436. et LOCAMER. *Quaest. Instit.* 375. et in not. ad §. 33. *Inst. de actionib.*
- 8) In *Comment. Institut.* pag. 511.
- 9) In *Comment. ad Institut.* pag. 643. quem sequutus etiam est IOAN. HARPRECHT in *Comment. Inst. Tom. IV. p. 773.*
- 10) In not. ad §. 33. *Inst. de actionib.*
- 11) In *Iurisprud. Anteiustin.* pag. 241. et 274.
- 12) In not. ad §. 33. *Inst. de actionib.*
- 13) In *Opuscul. Posthum.* pag. 368.
- 14) In l. 3. in fin. ff. de constitut. pecun.
- 15) In GYNDLINGIAN. *Part. XX. obs. 4. §. 12. T. IV. p. 490.*

IX.

Fata huius
doctrinae,

ET hoc quidem iure vsos fuisse Romanos primis post Leges Decemvirales temporibus satis indicant

dicant *tum* bene multa veterum Ictorum, quae super-
 sunt, fragmenta, *tum* quoque egregia quaedam
Ciceronis, Quintiliani, Senecae, Plauti aliorumque me-
 lioris notae et optimae fidei scriptorum testimonia,
 quorum omnium auctoritatibus passim vsi sunt, qui
 hoc argumentum, quod illustrandum adgressus sum,
vel ex occasione seu obiter, vt aiunt, *vel* ex instituto,
 prout tempus et occasio suggerebat, tractare susce-
 perunt. Romae igitur olim omnino haec, licet abs-
 que idonea iuris legisque auctoritate, sed prudentum
 saltem inducta interpretatione et ex eorum consilio
 memorata serpsit plaris petitionis poena, donec va-
 lere in foro legis instar, promulgari publice, neque
 non vi atque efficacia iuris communiri coepit. Prae-
 tor autem romanus hanc primus videtur doctrinam
 auctoritate, qua pollebat, stabiliuisse, et a simplici vsu
 ad tribunalia et magistratus perpetuam cognitionem
 vocasse. Praetorem enim, perspicue satis constat,
 ab hac rigida iuris ratione aliquando discessisse, non
 equidem directe, vt ius hoc mutaret, sed vt in caussis
 singularibus nonnumquam laesis succurreret, atque
 eos in integrum restitueret. Et hoc ipsum quidem
 Praetorem Edicto proposuisse, non est dubium, 1)
 quin imo certissimum videtur, illud etiam in Edi-
 ctum Perpetuum postmodum a *Salvio Iuliano* fuisse
 relatum: cuius quoque, quae superesse iudicauit,
 fragmenta suo loco restitui post IAC. GOTHOFREDI
 operas optime curauit IOAN. GOTTL. HEINECCIUS, 2)
 qui sententiam illius Edicti ita fere expressit: EVM,
 QVI A ME IVDICEM POSTVLABIT, REM, QVAM PETET,
 ITEMQVE, QVID QVANTVMQVE SIBI ALTERVM RE-
 STITVE-

1.) *sub li-
 bera Rep.*

*Praetor E-
 dicto in in-
 tegrum re-
 stitueve pro-
 misit,*

STITVERE, DARE, FACERE, OPORTEAT, DESIGNARE
 IVDEBO. QUI IVSTO PLUS PETET, EVM CAVSSA CE-
 CIDISSE DECERNAM. SI TAMEN MINOR XXV. AN-
 NIS IVSTO PLUS INTENTIONE SVA COMPLEXVS, SIVE
 ALIA IVSTA CAVSSA MIHI FVERIT, IN INTEGRVM
 RESTITVAM. Erat igitur haec poena plus peten-
 tium, caussae scilicet amissio eiusmodi, vt aduersus
 eam nemo restitueretur a Praetore, nisi ex iis caussis,
 quae iure communi etiam in aliis rebus in integrum
 restitutionem praebent, id est, pristini iuris reiue,
 stricto iure amissae, legitima de caussa, praecua
 caussae cognitione, ex aequitate impetratam repara-
 tionem. Quemadmodum autem Praetor in aliis
 caussis quibusdam ob *personae*, quibusdam ob *caussae*
 et *erroris* qualitatem succurrere, auxiliumque im-
 pertire solebat; ita et in casu, de quo nunc sermo est,
minorum non tam, quam *maiorum* quoque tutelam in
 se suscipere non detrectavit. Si igitur *minor* esset,
 qui plus petierat, ob lubricum aetatis, si id maior fa-
 ctus intra quadriennium continuum postulauerit,
 ex Edicto generali de minoribus actionem amissam
 restituebat. 3) Ante vero quam restitueretur mi-
 nor, caussa omnino prius cognosci debuit, vtrum de-
 ceptus aetatis infirmo consilio et imprudentia facili-
 tateque iuuenili lapsus, an vero per malitiam et te-
 meritatem inductus plus petierit: in hoc enim
 posteriori casu non restituebatur: iura enim ipso-
 rum infirmitati, non calliditati, auxilium praebent,
 neque decipientibus, sed deceptis, subueniunt. *Maior*
 autem non ob quemlibet errorem, sed ob magnam
 erroris caussam, id est, si iusta facti alieni potissimum
 igno-

modo mi-
 nores,

modo ma-
 iores,

ignorantia factum esset, cur putaret, plus sibi deberi, quam vere debebatur, ex illa parte Edicti de maioribus restituendis, SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSSA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM, 4) implorato intra quadriennium continuum a tempore cessantis iusti erroris iudicis officio, restitui, atque in pristinum statum, in quo fuerat ante laesionem, ita reponi potuit, vt perinde haberetur, ac si causa non cecidisset. 5)

1) IAC. RAEVARDVS *loc citat.*

2) *In Opuscul. Posthum. pag. 367. seqq.*

3) *L. 1. ff. de minorib. §. 33. Inst. de actionib.*

4) Vti est in *l. 1. in fin. ff. ex quib. causis maior.* Non equidem ignoro, ANT. SCHVLTINGIVM in *Thef. Controuers. sec. Digest. pag. 52.* IOAN. WOLFG. TEXTOREM in *diff. de restitut. in integr. ex claus. general. thes. XXII.* NIC. HIER. GVNDLINGIVM in *Digest. Part. I. §. Prot. p. 388.* et forte nonnullos alios eam olim defendisse sententiam, qua, clausulam illam ad solas et plures absentiae causas restringi debere, statuunt; in ea autem nunc sum opinione, argumentis ipsorum adprime satis fuisse factum a GVIL. HIERON. BRÜCKNERO in *diff. de restitut. in integr. ex clausul. Praetor. general. §. VII.*

5) *§. 33. Inst. de actionib. l. 2. ff. de iur. et fact. ignor. l. ult. Cod. de temp. in integr. restitut.*

X.

HAEC fere sunt, quae hac de re veteres nos docent: plura igitur, quum muta hic sint antiqua monumenta, addere his non licebit. Viguit haec poena, quam diu respublica libera erat: qua deinde triumuirorum primum factionibus oppressa, eiusque forma Imperatorum postmodum artibus penitus mutata, vtrum ab hac quoque seueritate sensim dis-

D

cessum

II.) Sub
Imperato-
ribus.

*nominatim
Claudio,*

Vespasiano

Hadriano,

Caracalla.

cessum sit, age, videamus. Neque tamen totius huius doctrinae, puto, aut rationem, aut usum, aut memoratam poenam defuisse, ex quo Principes omnia belli pacisque negotia suo arbitrio gerere coeperunt. Immo potius sub Imperatoribus eadem omnino videtur, nec alia, fuisse huius doctrinae facies. *Claudii* certe aetate illos, qui non, quemadmodum oportet, egissent, causa cecidisse, testis est SVETONIUS, 1) qui ita refert: *Nec semper praescripta legum sequutus, duritiam lenitatemque multarum ex bono et aequo, perinde ut officeretur, moderatus est. Nam et iis, qui apud privatos iudices PLUS PETENDO formula excidissent, restituit actiones.* Postea, recte aduertit supra laudatus *Celeb. HOMMELIVS*, 2) idem obtinuisse sub *Vespasiani* imperio. Satis clare hoc intelligitur ex his *VRSEI FEROCIS*, 3) qui eo seculo floruit, verbis: *Si pater meus, praegnanter uxore relicta, decesserit, et ex causa hereditaria TOTVM hoc, quod patri meo debitum fuisset, PETIISSEM, nihil me CONSUMSISSE quidam existimant; si nemo natus sit, recte me egisse, quia in rerum natura verum fuisset, me solum heredem fuisse.* *Iulianus* annotat: *Verius est, me eam partem non perdidisse, pro qua heres fuisset, aut quartam partem, quia tres nasci potuerunt, aut sextam, quia quinque.* Dein autem *Hadriani* Imperatoris auctoritate factum fuisse, ut, quae in albo Praetorum hac de re scripta reperiebantur, Edicto perpetuo infererentur, paullo ante (§. IX.) iam obseruavi. Immo etiam *Antonii Caracallae* temporibus, dubium non est, qui eiusdem aetatis est, *IUL. PAVLLVS*, 4) si totum petas, scribit, *PLUS PETENDO causa cadis iterum-*

iterumque: 5) *quum totum peto a reo, MALE PETO.*

- 1) *In vita Claudii cap. 14.*
- 2) *Loc. cit. pag. 7.*
- 3) *L. 36. ff. de solutionib. et liberat.*
- 4) *Sentent. Recept. Libr. II. Tit. V. §. 3. apud SCHVLTING. in Iurispr. Anteiustin. pag. 274.*
- 5) *L. 4. ff. de compensationib.*

XI.

QVOD ad vltiora tempora adinet, Diocletianum et Maximianum ita edixisse, constat: 1) *Quotiescunque ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo petitur cogitur specialiter genus litis edere, ne PLVS DEBITO aut eo quod competit, POSTVLETVR. Si quis igitur PLVS ab eo, quod ei competit, vel debetur, PETIERIT, rem et causam, de qua agitur, PERDIT.* Edita interim ab iisdem Imperatoribus postmodum est alia constitutio, eaque digna, quae hic memoretur: qua scilicet conditionem concesserunt contra *primipili* debitores, vt ante tempus soluerent, si iste ex bonis suis, quod fisco debebat, satis non posset facere. 2) Etenim supra iam monui, plus etiam eum petere, qui ante diem petit: quod ipsum tamen firmissimum iuris principium in debito annonario insigniter infirmatum hic et restrictum deprehenditur. 3) Sanciverunt enim dicti Principes hac ipsa lege, vt, si primipilus, id est, praepositus annonae militari, debitor fisci sit factus, et soluendo haud fuerit, fiscus conditione ex hac lege possit conuenire debitoris sui debitorem, tamen si tempus solutioni praestitutum nondum venerit, si modo bonum publicum seu vtilitas publica, quae semper fiscum vrgere praesumitur, id

*Diocletiano
et Maximiano.*

exegerit. 4) Quum autem in primipili priuilegio multa occurrant singularia, quae ad exemplum trahi nequeunt, neque etiam hoc ipsum promiscue fisco adplicari hodie posse, post IOAN. FR. HERTELIVM 5) *Illustri et Celeberr. CAR. ADOLPH. BRAVNIUS* 6) nuper adhuc prudenter monuit.

- 1) *In l. 2. Cod. Hermog. de calumniator. et plus petit.* apud SCHVLTING. *in Iurisprud. Anteiustin.* pag. 712.
- 2) *L. 1. Cod. de condic. ex lege.* conf. IOAN. REGVLVS VIL-LINGER *in diss. ad Tit. Cod. de Primipilo,* Argent. 1674.
- 3) Vid. HENR. BALTH. ROTH *diss. de creditore creditoris et debitore debitoris thes. XXX.*
- 4) CHRIST. WILDVOGEL *diss. de bono publico an et quomodo Princeps bonis priuatorum praeferre debeat?* P. II. §. 34.
- 5) *In diss. de Primipilatu cap. II. pag. 50.*
- 6) *In diss. de debito primipilari §. XVI.*

XII.

Zenone.

RIGOR interim huius iuris adhuc haud mutatus permansit: neque tamen mirum cuiquam videri potest, si, et hunc ipsum sensim ab usu recessisse, animaduertet. Nullus equidem ego dubito, in tam foecundo seculi IV. et V. Principum Romanorum numero aliquos existisse, qui hanc, actoribus adeo molestatam, pluris petitionis poenam aequo animo ferre vix potuerint, et de eadem emendanda, mutanda, mitigandaque non semel forte cogitauerint; *Zenone* tamen neminem scio antiquiorem, qui, non quidem veterem prorsus aboleuerit, sed aliam potius, eamque multo mitiorem, pluris petitionis poenam constitutione singulari palam induxerit. 1) *Zeno* autem de eo, qui *tempore* plus petebat, sic disposuit, vt, si ante tempus ageret, tempore elapso statim agere non

non possit: dum nimirum iussit, ut tempus deinde in fauorem aduersarii *duplicaretur*: 2) immo hic ipse ne tum quidem litem suscipere prius deberet, quam restitutus a creditore omnibus expensis, quas debitor ob priorem litem impendisset: tandemque etiam Imperator voluit, ut illud alterum tantum temporis, quod debitori principali prouidentia indulgetur, ab vltterioribus dependendis vsuris penitus sit immune. Plana in hac constitutione fere sunt omnia, nullo modo obscura, ambigua, sed perspicua satis superque. Verum autem qua ratione *duplicandae* sint dilationes, potissimum est in quaestione, *utrum* videlicet duplicetur totum tempus, inchoando a tempore contractus vsque ad diem, solutioni destinatum; *an vero*, quod superest, a tempore petitionis vsque ad diem solutionis? Quam multi interpretum, me non later, in hac quaestione decidenda sese diuexarint, et aliquam ex verborum Iustinianeorum, ut ipsis videbatur, obscuritate lucem educere tentarint; quae tamen omnia hic repetere, parum refert. Totius controuersiae cardo in quo versatur, exemplo, eoque vulgari, nunc declarabo: nempe ponamus, debiorem habuisse annum ad soluendum, creditorem autem decimo mense a die contractus actionem contra eum instituisse, et per duos ita menses ante solutionis terminum. Nunc igitur quaestio exoritur, utrum isti duo menses solum duplicentur, an vero integer annus duplicandus sit? *Prius* post *Bartolum* fere omnes cum BORCHOLTO, BACHOVIO, GIPHANIO, COLERO, HARPRECHTO, MANZIO, plerumque probant: *posterior* et a IOAN. FABRO, ZASIO, SCHNEI-

*Qualiter
duplicandae
sint dilatio-
nes?*

SCHNEIDEWINO, et nonnullis aliis strenue defenditur. 3) Quaelibet sententia suos, quos modo nominavi, et plures alios, auctores habet, qui probabili ratione vnamquamque tuentur. Verum haud satis est, scire dissonas iureconsultorum sententias, sed et inquiri perpetuo oportet rationes, quibus ad dissentiendum adduci potuerunt. Ego igitur, circumspectis rationibus omnibus, quae ad hanc rem facere videntur, ita sentio, atque animum induco, aequiorem quidem et humaniorem forte videri *Bartoli*, et qui eum sequuntur, opinionem: verum autem, quum ita vis inferatur verbis Imperatoris (id quod leuiter etiam considerantibus satis liquet) magis mihi, profiteor, *Fabri* sententiam probari, quippe expresse in textu citato dicatur, quod inducias, quas *vel* ipse actor sponte indulerit, *vel* quas natura actionis continet, si contemserit, in duplum habeant ii, qui talem iniuriam passi sint: i. e., vt actor duplicatas inducias, non quidem ratione eius temporis saltem, quod nondum venit, sed totius, quod ab initio contractus vsque ad terminum solutionis indultum est, indulgere, et pati cogatur, vt debitor ab instantia absolua-
tur. Et haec procul omni dubio vera *Zenonis* mens est: quod, quum adeo perspicuum sit, vt nemo non facile videat; mirum est, in re adeo clara, quam diuerse textum illum acceperint. Cui vero haec minus probata erunt, is aliorum sententias poterit et cognoscere, et aliam atque aliam ex iis, prout volupe est, eligere.

- 1) Constitutio quidem ipsa iniuria temporum intercidit: epitomen tamen eius ex Basilicis eruit feliciter IAC. CV-

CVIACIVS *Observat. Libr. XII. cap. 21.* eamque graece pariter ac latine exhibet IOAN. LEVNCLAVIVS *Notator. Libr. II. n. 171. apud OTTON. in thesaur. iur. ciuil. Tom. III. pag. 1542.* itemque IOAN. GODOFR. SCHAVMBVVG *de Constitutionib. Imperator. antiquis pag. 156.*

2) §. 10. *Inst. de exceptionib.*

3) *Vt pote a MYNSINGERO ad Institut. pag. 803. BACHOVIO ad Institut. Tit. de exceptionib. pag. 874. VVLTEIO ad Inst. pag. 802. et, ni fallor, etiam VINNIO ad Institut. pag. 368. et 408. et PAVL. de FVCHS in Paraphras. Institut. pag. 618.*

XIII.

QVVM Zenoniana constitutio loquatur generaliter, et absolute sit concepta, mirum profecto videretur, nonnullos iureconsultos existisse, qui, in fisco tamen, plus tempore petente, poenam iuris veteris adhuc obtinuisse, putauerint. Hi autem illi sunt, qui verba Constantinae constitutionis, sed sine ratione, sollicitant: quae ita sese habet: *Iustas etiam, et quae locum habent, fisci actiones praecipimus concremari* (id est, tabulas actionum exuri, ne quis impofterum exigendi debiti metus debitori superfit) *ob hoc solum, quod suis temporibus prolatae non sunt. ut iam calumniae priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites filere praecipimus.* 1) Non equidem ignoro, latere saepe in fragmentis legum iuris antiqui vestigia, quae non nisi perspicacissimo oculo perscrutari licet; inter eas autem et hanc quoque constitutionem locum obtinere aliquem posse, mihi persuadere non possum. Quis enim est, qui non videt, hanc legem intelligi potius debere, de eo casu, vbi fiscus actionem instituit, quum ipsi tamen obftet exceptio praescriptionis. Id certe, si quid perspicere valeo, ex verbis, quod

Num in fisco, plus tempore petente, poena antiqua nihilominus remanserit?

quod non suis temporibus, id est, intra sua tempora, sed post demum *prolatae sint*, manifestum omnino est. 2) Etenim, secundum varietatem causarum flicum etiam diuersis praescriptionibus excludi, omni caret dubio. Maxime igitur improbandam esse *Accursii* et *Balduini* omniumque eorum sententiam, qui legem hanc loqui putant de actionibus ante tempus institutis, et per consequens de pluris petitionis poena, recte monuit RAD. FORNERIVS. 3) Multa proinde, non nego, ab his aliisque interpretibus ad huius constitutionis explicationem verba fuisse facta, sed, si dicere fas est, verba cupressis similia, speciosa ea quidem, infructuosa tamen, magnifica, verum inania. Siquidem enim, vt et hoc addam, concedere etiam velim aduersariis, in hac lege propositum casum de pluris petitione eiusque poena explicari debere, quod tamen concedi a me nulla ratione potest; tamen, quid haec confessio ipsis adferre possit utilitatis, nullo modo perspicio: quia Zenoniana illa constitutio, cuius supra feci mentionem, multo iunior est hac Constantiniana, ad quam prouocant, lege: proindeque ius illud, quod in ea lege latere volunt, tunc obtinuisse, quando de mitiganda pluris petitionis poena nondum quisquam Imperatorum cogitauerit, dici profecto a nemine potest, cui sana mens est in corpore sano.

1) L. 6. Cod. de iure ffici. l. 3. Cod. Theod. eod. titul.

2) SCHAMBOGEN *ad Institut.* pag. 203. seq.

3) *Rerum quotidianar. Libr. III. cap. 14.* apud *Ottom. in thesaur. iur. ciuil. Tom. II. pag. 210.*

XIV.

ET haec quidem sufficienter dixisse ad declarandam illustrandamque mentem constitutionis, a Zenone Imperatore promulgatae, qua istud de pluris petitione *tempore* argumentum, correcto iure antiquo, in melius reformare adlaboravit. Non equidem ignoro, REINH. BACHOVIVM, quum mentem suam de hac Zenoniana lege explicaret, suspicatum fuisse, poenam pluris petitionis in totum a Zenone abrogatam fuisse, quum alias, ut dicit, mirum esset, si intuitu eorum, qui plus *re, loco* aut *caussa* petiissent, in statu suo reliquisset, immo, quum id propterea improbabile esset, quia non minus videatur peccare, qui his modis, quam qui *tempore*, plus petit. Sane, si non desideraretur integra Zenonis constitutio, facili negotio res omnis confici posset. At enim vero quum illius hodie saltem quaedam supersunt fragmenta, ego certe, licet non negaverim, eandem omnium pluris petitionis generum rationem esse, ob defectum tamen probationis adfirmare illud, quod *Bachovius*, saltem coniectura suffulcus, adseruit, non audeo, sed harum rerum peritioribus potius relinquendum puto, ut auctoritatem suam hac in disceptatione difficili dirimenda pro iudicii ipsorum gravitate interponant.

*Examinatur
Bachovii
singularis
observatio.*

XV.

TANDEM nunc ad *Iustiniani* in hanc rem operam peruenio. Is autem ab iniqua aut nimia saltem veteris iuris subtilitate merito quoque abhorruit, Zenonis constitutionem confirmavit, ampliavit, neque etiam voluit, ut reliquorum aliquis, qui

Iustiniano.

E vel

vel *re*, vel *loco*, vel *caussa* impofterum plus petiiffet, cauffa fimul caderet, et rem vere debitam amitteret. 1) Ne interim procacitas actorum, eorumque temeritas prorfus impunita maneret, pro amiffione litis nouam, fed longe mitiorem, poenam inuenit, iuffitque, vt, cafu obueniante, damnorum, quae ex hac cauffa sportularum nomine reis acciderent, *in triplum* fieret condemnatio. 2) Ipfam tamen hanc constitutionem, aequae ac Zenonianam, cum priore Codice periiffie, dolemus. Ex Bafilicis autem eius epitomen quodammodo repraesentauit atque refituit IAC. CVIACIVS: 3) vnde in recentioribus Corporis Iuris Romano-Iuftiniani editionibus quoque referri folet. 4) Interim tamen Imperatorem non *triplum* totius fummae, quam plus petiit actor, fed illius potius damni, quod aduerfarius ratione sportularum fuffinuit, refitui voluiffe, non eft, quod quisquam poffit in dubium vocare. 5) Sportulas autem, quis ignorare poteft, falaria fuiiffe, feu mercedulas, quae viatoribus, apparitoribus, iisque qui iudicata exigunt, pro ftudio et labore dabantur. 6) *Tripli* proinde *actio* hic intelligitur condictio ex lege, quae competit reo conuento, aduerfus actorem, qui fummam, vera litis aestimatione maiorem, feu plus debito, libello conuentionis inferuit, eo animo, vt executores litium eo nomine maiores sportulas exigent. 7) Interea tamen non tantum pro sportulis inductam ab Imperatore effe hanc in *triplum* actionem, fed pro omnis potius damni reparatione, quod reus paffus eft ob vitiofam petitionem, rectius forte dicetur, et probari

bari etiam ex ipsis Iustiniani verbis 8) haud difficulter posse cum BACHOVIO 9) equidem existimauerim.

1) §. 35. *Inst. de actionib.*

2) §. 24. *Inst. de actionib.*

3) *Observation. Libr. XII. cap. 21.*

4) Nimirum in l. 2. *Cod. de plus petition.* Attamen l. 3. *Cod. eod. tit.*, quam aliqui huc quoque torquent, alio certe tendit, quando scilicet de iis tantum feneratoribus statuit, qui, quum super pluri pecunia, quam sibi debetur, cautionem a debitoribus dolose exegerint, posteaquam ipsam utcumque non debitam tacito usurarum nomine iudicio petere audent, quibus poena irrogata est, ut non minus sortem, hoc est, principalem summam, quam usuras illas etiam supra sortem cautionibus exactas, sui ipsius temeritate amittant: vid. post SALICETVM et SICHARDVM etiam IOAN. FERRARIVM in *Adnotationib. in Institution. pag. 417.*

5) Eo citius vero hoc in casu reis apud Romanos damnatum inferri poterat, quo certius constat, sportulas olim non secundum certam, uti vocant taxam, sed secundum quantitatem, in libello expressam, exactas fuisse. Quare Iustinianum, ut nouae suae legis, prohibere voluisse, bene aduertit SCHAVMBVRGIVS de *Constitutionib. Imperatorum pag. 148.* ne actor in libello maiorem debito quantitatem exprimeret, eoque ipso executoribus litium, plus iusto, sportularum nomine, exigendi, daret occasionem, neue ipsi executores reos pecunia dolose emungerent.

6) Conf. COEL. RHODIGIN. *LeEt. Antiquar. Libr. XII. cap. 21.* IAC. GOTHOFREDVS in *tr. de Salario cap. I. §. 7. et cap. IV. §. 2. seqq. in Ej. Opuscul. Iurid. Minorib. pag. 213. et 226.* et FRANC. POLLET. *Histor. for. roman. Libr. V. cap. XI.*

OBOM

E 2

7) Pro

- 7) Pro iis, qui politioris iurisprudentiae et litteraturae sunt studiosi, de *sportulis* plenius dixit BACHOV. ad *Institut.* pag. 806. seq.
 8) §. 35. *Instit. de actionib.*
 9) *Ad Institut.* pag. 829.

XVI.

In quibus casibus poena antiquitatis constituta nibilominus fecius remanserit?

Casus I.

QUANTVMVIS itaque rigor iuris, maioribus probatus, tam luculentam atque insignem receperit emendationem; pristinae tamen seueritatis vestigia semel impressa in vno et altero casu intacta permanere, atrocitate facinorum probe perpensa, diserte voluit Iustinianus. *Primo* enim, grauissima permotus ratione, iussit, vt is, qui amplioris pecuniae, quam sibi deberetur, cautionem per dolum et machinationem exegerit, et aduersario in ius vocato litem super illa quantitate contestatus sit, postmodum autem arguatur de falsa quantitate adiecta, non ea solum, sed toto simul potius etiam debito fraudetur, id est, causa omnino cadat.

- 1) Quatuor autem concurrere potissimum debere, vt actoris improbitas ad hunc modum vindicetur, interpretes docent: 2) *primo* scilicet, vt cautionem maioris summae, quam deberetur, extorferit; *secundo*, vt illud dolo sit factum; *tertio*, vt lis sit contestata; et *quarto* denique, vt actor huius nomine conuincatur. *Deinde* eandem poenam seruare etiam voluit idem Imperator in casu, si quis dolose maiorem a debitore suo quantitatem petierit, vt actio a defensoribus ciuitatum, 3) qui tantum in causis pecuniariis vsque ad certam summam iudicare poterant, quorum etiam lapsam quodammodo

modo reparare Iustinianus studuit dignitatem, eamque magis, magisque firmare, 4) ad maius tribunal, puta Proconfulis aut Praefidis Prouinciae, reuocetur. 5)

- 1) *L. 3. Cod. de plus petitionib. ad quam vid. AVG. BARBOSA in Collectan. in Cod. Tom. I. pag. 381. seq.*
- 2) Et nominatim ALEX. TRENTACINQVIVS *Practicar. Resolut. Iur. Libr. II. pag. 337. seq.* MATTH. WESENBECIVS *in Comment. ad Libr. III. Cod. pag. 364.* atque PETR. GILRENIUS *in Commentar. ad Cod. Tom I. pag. 659.* qui et cautelas exhibet, ex quibus quis poenam huius legis euitare possit.
- 3) *Nov. XV. cap. 3. in fin. et cap. 4.* Confer. MATTH. STEPHANVS *in Commentar. Nouell. p. 197. seqq.* CAR. SCHARSCHMIDIVS *in Iure Iustiniano Nouo p. 99. seqq.* qui hanc simul proponit quaestionem: si quis nimirum plures actiones cumulet, quarum quantitas coniunctim, non vero separatim, eam summam superet, numne etiam tunc coram defensoribus litem mouere citra metum poenae aut possit, aut debeat? et vtique posse, et recte, respondit, quia non cumularum, sed singularum hic adtendi debeat quantitas, quibus diuerso etiam tempore apud Defensorem experiri actorem omnino licuit, *l. 11. ff. de iurisdiction. iung. ANT. PEREZ ad Tit. Cod. de Defensorib. ciuitat. n. 7.*
- 4) *Vid. V. C. SCHMIDT in diss. inaug. de defensoribus ciuitat. Lips. 1759.*
- 5) *Quam legis dispositionem ad Duumuiros, qui et ipsi ad certam vsque summam ius saltem iudicandi habebant, trahi recte posse et extendi, olim existimauit IAC. CUIACIVS in Exposit. Nouell. pag. 107. vtrum recte, alii videant, quibus id diiudicandum relinquo.*

SECTIO

SECTIO II.

quae sistit

Vsum practicum doctrinae de pluris petitione.

*Opiniones
Icitorum de
preferentia
modo Iu-
ris Ciuilis,
modo Iu-
ris Canoni-
ci recensentur
et exami-
nantur.*

HACTENVS iuris antiqui placita exposui, et varia pluris petitionis poenae apud Romanos fata enarraui. Sed quid iuuat, peregrina iura indagasse sollicite, atque docuisse, eorumque historias et progressus curiose annotasse, nisi etiam ostendatur, quid nostro iure constitutum sit, quid nostri aevi moribus contineatur. Erit igitur nunc operae pretium, ad iura patria peruenire, et, quo iure pluris petitio hodie censeatur, exponere. Haec ipsa autem doctrina inter ea merito quoque referenda est iuris argumenta, de quorum vsu forensi et auctoritate a magni nominis Ictis in vtramque partem disceptari solet. *Aliquos* enim videas, paucissimos tamen numero, qui de dispositionis iuris romani circa hanc rem valore in hunc vsque diem vno fere ore testantur, aut saltem eius vsum defendunt: 1) *alios* contra, et multo plures, qui, non ipsam quidem hanc doctrinam inutilem aut incongruam, poenam tamen pluris petitionis, iure ciuili constitutam, plane otiosam hodie, et e foris Germaniae dudum iam eliminatam esse, putant. 2) Et hi ipsi quidem sunt, qui, hac quoque in re *Ius Canonicum* magis obtinere, sibi persuadent: quippe quod, prouti in causis aliis, ita in iis maxime, quae ad processum spectant, Iuri Ciuili, vt aiunt, praeferrri debeat. Quo iure autem ita sentiant, nunc nec exponere, nedum disquirere, sicut alias par erat,

erat, instituti ratio permittit. Iam supra strictim obseruavi, obnoxiam fuisse etiam hanc doctrinam variis mutationibus. Poenam causae amissionis, constat, non Imperatores solum, abrogasse, verum Pontifices quoque poenam, quam Imperatores veteris loco statuerunt, rursus transmutasse. 3) Voluit autem Pontifex, vt, qui *re* plus petit, siquidem debitor verum debitum agnoscit, et soluere illud paratus est, aut qui *caussa* plus petit, et reus iridem paratus est, soluere eo, quo promisit, modo, actor autem illud accipere recuset, in expensas actor, tamquam qui temere litem mouet, condemnetur. Si autem *loco* plus petatur, actorem ad ininteresse reo praestandum, teneri; aut si denique *tempore* plus petatur, inducias duplicari, neque reum de eadem re rursus conueniri ante non deberi, quam si expensae omnes ipsi fuerint refusae. An autem poenarum plaris petitionis iure ciuili nouiter introductarum genera vna cum pontificii iuris receptione sublatae sunt, inter Doctores certe non conuenit. Iuris Canonici sane placita habent, non nego, nec negare possum, locum, habent vsum aliquem, sed in iis saltem Germaniae prouinciis, vbi legum conditores, posthabita iuris ciuilis dispositione, pontificiorum decreta sequi maluerunt. At tamen valere etiam ius Quiritium, valere etiam hodie leges Romanorum nouissime constitutas, constanter propugnandum iudico, nisi doceri queat, peculiari lege aut moribus patriis eidem esse abrogatum. Iis igitur me nunc adiungo, qui mediam quasi ingrediuntur viam, et, vsum forensis varium esse ingenue atque aperte consententur. Horum igitur

igitur sententiam, quia propius ad veritatem accedere mihi semper visa est, nunc sequuturus, in id incumbam, ut incorruptum *partim* huius doctrinae in foris nostris vigorem demonstrarem, *partim* autem, in quantum, quod ad poenam scilicet pluris petitionis ipsam adinet, iura patria cum iuris civilis placitis conspirent, aut differant, subnectam.

- 1) DAV. MEVIVS *Part. VI. decis. 323.* HENR. ERN. KESTNER *in diss. de poenis quibusdam Iuris Romani in Germaniam recipiendis thes. XI.*
- 2) BACHOV, PEREZ, VINNIVS, HOPPIVS et quis non?
- 3) *C. vn. X. de plus petit.* vbi vid. IVST. HENN. BOEHMER. *in Iur. Ecclesiast. Protestant. Tom. I. pag. 1102.*

II.

De Germanorum cura in coercenda litigantium temeritate remissive differitur.

NVLLAM maiorem reipublicae calamitatem esse, quam quae ex nimio pruritu aut temeritate litigandi resultat, quaeque adeo miseris ciues penitus exhaurit, et eneruat ipsam quoque prorsus rempublicam, maiores etiam nostros probe iam olim agnovisse, dubium non est. Certe nullo non tempore aequae numerosa perniciosissimorum hominum multitudo, et forte adhuc longe maior, in Germania existit, quam quidem in romano imperio. Quemadmodum igitur laudandam merito iudicamus Romanorum curam, quam in his quoque iniquitatibus repellendis collocarunt: ita in maximo pretio haberi a nobis debent maiorum nostrorum et mores et leges, quibus, ne temere lites in iudicio suscipiantur, prospicere civibus suis, deinde saluberrimis constitutionibus aliis avaritiam imprimis litigantium cohibere atque reprimere, studuerunt. Ad integritatem

tem autem iudiciorum, ubi omnes fraudes et dolimachinationes exulare omnino debent, conseruandam, quum maxime etiam pertinent, *ut* nemo ex aliorum damno lucrum quaerat, aut quaerere saltem gestiat, *ut* ex fide, quo solo vinculo per tot secula res Germanorum feliciter stetit, quilibet agat, *ut* nemo denique audeat, temere aliis creare molestiam; certe non est, quod miremur, voluisse etiam maiores nostros, *ut* discerent omnes, ius suum prius diligenter explorare, ante quam causam suam litis ancipiti euentui committant, aut litem *vel* fraudulenter pluris aestiment, *vel* temere plus iusto exigere ab aduersario tentent, eoque ipso pluris petitionis facinoris rei facti fuerint. Verum autem alius hanc ipsam rem repetere, nolo: Sed placet potius, in poenam ipsam penitus inquirere, qua in eos, qui plus, quam sibi deberetur, petierant, animaduerti debere, voluerint.

III.

FATENDVM autem omnino est, iura Germaniae quoad poenam plura petentibus infligendam inter se mirifice dissentire, prout eorum auctoribus placuit, ius romanorum paullo pressius sequi, aut placita sua *vel* ad normam iuris Canonici, *vel* ad specialem ciuitatis suae statum, adtemperare. Non quidem est nostri otii, omnium PROVINCIARVM Germaniae STATVTA euoluere, et, quid in illis hic definitum sit, sigillatim notare: in aliqua tamen liceat nobis paullo diligentius inquirere, et rem deinde ipsam, practicis quibusdam obseruationibus illustrare. Has autem in iure romano nouissimo saluberrime

§(o)§
41
F
berrime

Supereffe
etiam hodie
penam plu-
ris petiti-
onis, sed non
ubique e-
andem,
probatur.

F
berrime

F
berrime

I.) *Ius Romanorum
obseruatur
Noribergae,*

berrime ad coercendas actorum temerarias vexationes et calumniandi technas pluris petitionis poenas constitutas vsu adhuc seruari, probant STATVTA liberae et imperialis ciuitatis NORIBERGENSIS: 1) in quibus haec ex iure romano repetita et translata habentur:

Von Klagen, darinn zu viel begert wird.

Ein yeder Kläger soll sein Klag also stellen und fürnemen, daß er nit zu vil begert, und beschicht solches zu vil begern in viererley Weiß. **Erstlich**, so er sein Schuld, Zins, oder anders zubor und ehe die Zeit und Frist verschienensit, erfordert. **Zum andern**, wann er mer, dann die Hauptsumma der Schulden antrifft, fordert. **Zum dritten**, so er die Schulden an ainem andern Ort fordert, dann sie zu bezalen bedingt worden. **Zum vierden**, wann der Schuldner zwey Ding, auf sein Wahl oder Willkür, versprochen hat, als zehen Gulden oder ain Klaid, und der Kläger umb das ain on Unterscheid klagt.

Im ersten Fall soll der Klegler auf des Beklagten Excepitum und pitten in die Kosten und Schaden verzeylt werden, und darzu schuldig sein, dem Beklagten zu der Bezalung zweysache Frist und Zeit (so vil er zu früe geklagt hat) nachzulassen. Es were dann der Beklagte flüchtig oder trünmig, oder das er sonst geuerliche Berenderung und Empstremdung seiner Güter fürgenommen hette, oder das auf des verstorbenen Schuldners Hab (deren ain Curator gesetzt) alle Gläubiger, umb sein noch nit verfallne Schulden zu klagen, unbenommen seyn.

Zu den andern dreyen Fellen soll der Beklagte auf sein Anruffen von der Justanz geleidiget, und ime der Klegler sein erkittne Gerichtscheden, wie die gemessiget werden, dreyfach aufzurichten und zu erstatten schuldig sein.

Fräncofurti,

Adprime cum his concordant STATVTA liberae itidem et imperialis ciuitatis FRANCOFORDENSIS, 2) vbi haec occurrunt verba:

S. 9. Auch

S. 9. Auch soll der Kläger sich versehen, daß er nicht zu viel in seiner Klage begere. Solches (zu viel) aber, wird auf viererley Weiß im Rechte verstanden: **Erstlich**, so er zu frühe klagt, das ist, ehe und zuvor dann die Zeit der Bezahlung der Schuld, oder des Zins, erschienen ist. **Zum andern**, wenn er mehr klagt als die Schuld ist. **Zum dritten**, wann die Schuld an einem andern Ort, dann dahin die Bezahlung bestimmt, geordert wird. **Zum vierden**, wenn der Schuldmann Bezahlung zweyerley Ding, darunter er doch die Wahl hat, versprochen hält, als ein Ross, oder dreysig Thaler dafür, der Kläger aber allein das Ross, oder allein die dreysig Thaler, forderte.

S. 10. Und verordnen die Recht auf solches zu viel Klagen, auch sonderliche Straffen: Nämlich, wann zu früh geklagt wird, daß der Kläger auf des Beklagten excipiren und bitten, dem Beklagten die Kosten und Schäden erstatten, und darzu noch zwifache Frist und Zeit, (so viel er zu frühe geklagt hat) geben solle.

S. 11. Es wäre dann, daß der Kläger ehehafte Ursachen, zeitlicher zu klagen, hätte: Als, wenn der Beklagte auf wagen dem Fuß stünde, oder gefährliche Veräußerung seiner Güter fürneme, oder so der Schuldner verstorben, desselben gemeine Creditores auf seine Güter in Recht klagten: Dann in solchen Fällen der Kläger, auch ehe Zeit, mit andern Creditorn soll zugelassen werden.

S. 12. Aber in den übrigen dreyen Fällen, soll der Beklagte auf sein excipiren und Anrufen, von dem Gerichtsstand erlediget, und über das, der Kläger ihme zu dreysacher Erstattung seiner erlittenen Gerichtskosten (doch auf Richterliche Maßigung) condemnirt werden. Darum denn die Klägere, (wie obgemeldet) sich in ihrem Klagen wohl fürsehen, und vor diesen Straffen der Rechte verhüten sollen.

Idem IVRE CVLMENSI 3) statutum esse, et expresse etiam in eo poenam tripli, illius scilicet damni, ab actore pluris petitione sua reo illati, retentam, refert IOACH. HOPPIVS, 4) et ipsa verba subiecta probant, quae ita fluunt:

F 2

Bon

Culmae,

Von Klagen, darinn zu viel gefordert wird.

Ein ieder Kläger soll seine Klage so anstellen, und fürnehmen, daß er nicht zu viel begehre. Es geschieht aber solches zu viel begehren auf viererley Weise. **Erstlich** / wenn der Kläger seine Schuld, Zins oder anders was ehe und zuvor fordert, als die Zeit und bestimmte Frist erschienen ist. **Zum andern** / wann er mehr denn die Haupt-Summa anrufft, fordert. **Zum dritten** / so er die Schuld, an einem andern Ort fordert, denn da sie zu bezahlen bedinget worden. **Zum vierten** / wann der Schuldner zwey Dinge auf seine Wahl oder Willkühr versprochen hat, als zwankig Gulden oder ein Pferd, und der Kläger das eine ohne Unterscheid klaget. Wann nun der Kläger für bestimmter Zeit fordert, so soll er dem Beklagten in alle Unkosten und Schaden vertheilen, und danebenst dem Beklagten, wenn er alles Verdacht, Flüchtigkeit und Gefährlichkeit der Veräußerung der Güter ahnig, so viel gedoppelter Frist, als der Kläger zu frühe geklaget, gegönnet werden. In den letzten dreyen Fällen soll der Beklagte auf seine Zuständigkeit von der Zustanz und Gericht erlediget, und soll ihm der Kläger seine erlittene Gerichts-Unkosten, auf vorhergehende moderation, dreyfach ausrichten, und zu erstatten schuldig seyn.

ut et in
Hassia

Vt et in HASSIA hanc ipsam poenam ratione pluris petitionis tempore adhuc obseruari, ex his verbis IVRIS PROVINCIALIS 5) liquet:

So iemand den andern fürnemme mit Ladung umb Schuld, Zins oder anders, vor und ehe dann er ihme das zu bezahlen und auszurichten schuldig; so soll der Kläger dem Antworter nicht allein seine Gerichtskosten und Schaden, auf Erkenntnis des Rechts, bezahlen und ausrichten, sondern er ist auch verfallen und darzu schuldig, dem Antworter, so viel Zeit der Bezahlung und Aufrichtung halb zu geben, als er vor der Zeit oder Ziele, wider Billigkeit und Recht, vorgenommen hat. Es wäre dann, daß der Berantworter flüchtig oder räumig, oder mit solcher Veränderung und Entfremdung seiner Haab und Güther ersehene, dardurch er dem Kläger solcher Klage und Rechtens als

alsdann oder auf künfftige Zeit Ursach geben hätte, wie dann solches in Recht ausgedruckt ist.

Idem etiam statutum legimus in ORDINAT. IVLIACENSI, 6) quemadmodum et DAV. MEVIUS 7) probat, in prouinciis Germaniae, Regi Sueciae per instrumentum Pacis Westphalicae cessis ius romanum quoad hanc etiam pluris petitionis poenam utique vigere.

et Iuliaci
et Pomerania Citeriore seu Suecica.

- 1) Reformat. Norib. Tit. VI. leg. 5. pag. 33. seq.
- 2) Reformat. Francof. Part. I. Tit. XVII. art. 9. seqq.
- 3) Libr. II. Tir. X. cap. ult.
- 4) In Commentat. ad Institut. Iustin. pag. 886.
- 5) Ius Prouinc. Hassiac. cap. 13.
- 6) Tit. XLV. §. Dann so iemand, teste ANT. HERINGIO in Tr. de fideiusso. cap. XXII. n. 28.
- 7) Part. VI. decis. 323.

IV.

IN praxin autem aliarum Germaniae prouinciarum longe aliam et ex iure Canonico quidem deriuatam esse pluris petitionis poenam, plerique statuunt. 1) Nec sine ratione aut inique ita statuunt: id quod vsus fori, qui vel lege scripta nititur, vel iure consuetudinario, satis superque testatur atque comprobatur. Sane in IVRE PROVINCIALI PRVTENICO 2) haec in hanc rem prostat singularis constitutio:

II.) Non obseruatur in Prussia.

Von Ueberklagen und übermäßigen Forderungen.

Es soll der Kläger sich wol vorsehen, daß er nicht zu viel in seiner Klage begehre oder seze: Solche Ueberforderung aber wird auf viererley Weise in Rechten verstanden. Erstlich, wann der Kläger dem Beklagten mit den Rechten, vor und ehe die Zeit der Bezahlung erschienen, fürnimmt: Als so die Klage am Monath Martio fürbracht wäre, und die Frist oder Termin der

der Bezahlung der Schuld oder Zinses erstlich über etliche Tage und Monat hernach verfiel: Oder wann die Bezahlung mit einem besondern Beding und condition versprochen, und derselben noch nicht Genügen, und Vollziehung geschehen wäre. **Zum andern**, wann der Kläger mehr fordert, dann ihm der Beklagte schuldig: als wann er seine Klage auf hundert fl. gestellet, und die Schuld etwa nicht mehr dann funffzig fl. wäre. **Zum dritten**, wann die Schuld an einem andern Ort, dann dahin die Bezahlung bestimmt, gefordert wird: als, wann dem Kläger die Bezahlung allhie an diesem Ort versprochen wäre, und er seine Klage davorhalben an einem andern Ort fürnehmen wollte. **Zum vierten**, wann der debitor oder Schuldner Bezahlung zweyerley Ding (darunter er doch die election und Wahl hat) versprochen und zugesagt hätte; Als Korn oder Wein zu liefern, der Kläger aber allein das Korn oder allein den Wein erforderte. **In diesem Fall** wollen wirs also gehalten wissen, daß keiner mehr oder zeitiger, als er sich verpflichtet, zu zahlen schuldig sey: und da der Gläubiger seinen Schuldner deswegen mit Ungebühr ins Recht forderte, und ihn zu Unkosten verursachte, so soll der Schuldner ihm hernach, wann die Zeit der Erlegung kommt, solche abzutragen, nicht schuldig seyn: er habe dann seine vorige zur Ungebühr ausgelegte Unkosten zuvor von seinem creditore wieder bekommen. Es wäre dann, daß der Kläger ehebaffte Ursachen zeitlicher zu klagen hätte: Als, wann der Beklagte auf flüchtigen Fuß stünde, oder gefährliche Veräußerung seiner Güther fürnehme; oder so der Schuldner verstorben, desselben gemeine creditores auf seine Güther im Recht klagten: dann in solchen Fällen der Kläger, auch ehe Zeit, mit andern Creditorn soll zugelassen werden. **Aber in den vorigen dreyen Fällen** soll der Beklagte auf sein excipium und anrufen von dem Gerichtsstande, et sic ab observatione iudicii erlediget werden, und zu Erstattung seiner erlittenen Gerichtskosten (doch auf richterliche Mäßigung) condemnirt werden.

I) MATTH. WESENBECIVS in Commentar. et Prælect. ad Libr.
III.

- III. Cod. pag. 365. PETR. GILKENIVS in Commentar. ad
 Codic. Tom. I. pag. 659.
 2) Libr. I. Tit. XXI. artic. V.

V.

ITA in SAXONIA autem moribus obtinet, et Saxoniam,
 vsu fori, vt, si loco aut tempore plus petitum fuerit,
 reus ab instantia absoluetur, actor autem in expen-
 sas saltem condemnnetur, saluo interim ei iure, debi-
 torem denuo, loco et tempore debito, conueniendi.

1) Quod si vero *re* vel *caussa* plus fuerit petitum,
 et debitor id, quod se debere nouit, praestare paratus
 fit, actor autem eo contentus esse noluerit, obstri-
 ctum eum esse, reo expensas erogatas refundere, et
 pro re nata arbitrariae etiam poenae se submittere,
 in RECOGNITA ORDINAT. PROCNSS. SAX. ELECTOR. 2)
 nouissime sancitum, his fere verbis, nouimus:

Würde auch Kläger, da er dergleichen gewisses quantum
 von Beklagten fordert, in dem Beweiß nicht dasselbe, sondern
 ein wenigers ausführen, soll Beklagter dennoch darauf con-
 demnirt, und hierüber nach Befinden, darum, daß er das ge-
 ringere, so er würflich schuldig, nicht gleich anfangs eingeräu-
 met, zu Erstattung derer Proceß-Kosten vertheilet, und solche
 keinesweges compensirt werden: et paullo post: Gleich-
 wie hinwieder Kläger, wenn Beklagter das minus, so er schul-
 dig zu seyn vermeynt, bald anfangs zu bezahlen offeriret,
 iener aber solches nicht acceptiret, und doch ein mehreres
 nicht ausgeführt, pro temere litigante zu achten, und da-
 hero gleichgestalt zu Bezahlung derer verursachten Proceß-
 Kosten anzuhalten, auch nach Befinden willkürlich zu bestraffen.
 Eadem in foro etiam BREMENSI, tantummodo tam-
 en iure consuetudinis, obseruari, testatur PAVLL.
 KOCHIVS 3) neque alia vsu plerorumque iudicio-
 rum

Bremac,

Lubecae. rum in aliis Germaniae prouinciis obtineri, Doctores probant. Ivs LVBECENSE 4) interim intuitu pluris petitionis *tempore* plane singularem definiuit poenam: cuius verba hic adponi merentur:

Es soll niemand um Schuld, die auf gewisse Zeit stehet, vor der Zeit gemahnet werden: wer das thut, der soll zur Straffe geben drey Marck den Gerichten, und soll die Frist dem Beklagten drey Monath erlängert seyn: es wäre dann Sache, daß er beweisen könne, daß der terminus solutionis vorbey, oder daß der Schuldner im Unvermögen und Ungewißheit gerathen sey.

- 1) De qua praxi testantur post COLERVM et HEIGIVM famigeratissimus CARPZOVIVS *Part. I. const. 3. def. 12.* GEORG. SCHVLTZ *in Synopsi Institut. pag. 544. seq. et* IOANN. PHILIPPI *in Vsu pr. Institut. pag. 933. seq.*
- 2) *Ad Tit. V. §. 8.* In terris Saxonis enim pluris petitionis exceptionem maiorem effectum non habere, quam vt reus in veram summam condemnetur, dudum monuit CASP. HENR. HORN *in Consil. pag. 1256. et tantum saltem adiudicari, non quantum petitur, sed quantum probatur, testimonio suo ab omni dubitatione liberum fecit* GEORG. BEYERVS *in Delineation. Iur. Civ. sec. Institut. Libr. IV. tit. 6. post. 206. seqq.* IAC. ERNESTI *de BRÜCKNER in Praejudic. s. Consil. Iur. pag. 291. et in hunc modum pronunciaffe Facultat. Iurid. Lipsiens. M. Martio 1715. testatur* LÜD. MENCKE *in Tractat. Synopt. Institut. pag. 514.*
- 3) *In Specim. Collat. different. Iur. Roman. Saxon. et Bremens. pag. 232.*
- 4) *Libr. III. Tit. I. artic. 8.* Vid. NIC. GOTHFR. STEVERNAGEL *in Memorabilib. Statutor. Lubecens. et Hamburgens. axiomat. 83. pag. 102.*

VI.

PVTANT etiam plerique, in summo et augusto *Indicio IMPERATORIS Aulico* non solere plus petentium poenam frequentari: quos tamen seductos fuisse, animaduertere licet, auctoritate IOANN. SCHILTERI 1) qui ad hoc probandum ad Acta quaedam publica prouocauit. 2) Verum facili negotio contraria omnia nemo non animaduertet, qui excerpta ex his Actis, quae nunc dabo, diligenter perpendere non grauabitur. Etenim, quum in causa illa illustri a reis *exceptio nullitatis* et in euentum *pluris petitionis re.* adnexis implorationibus pro absolutione, opposita fuerat, verbis:

Num et in *Iudicio Aulico?*

Sehen und sagen demnach mit obigem Vorbehalt:

37. Wahr, und so wohl der selbstverständigen natürlichen Billigkeit, als den beschriebenen Kaysler. Rechten ganz gemäß, ja darin ausdrücklich versehen sey, quod actor *plus re vel summa petens*, in triplum, sportularum nomine, vt et in aliud quoduis damnum, quod aduersarius ex *pluris petitione* sustinet, condemnari, praeterea a iudicio repelli: reus vero vna cum expensis absolui debeat;

38. Wahr, daß dergleichen *pluris petitiones* bey den alten Römischen Kaysern und Rechtsgelehrten Heyden vermassen, und zwar nicht unbillig, vor verhasst und straffbahr gehalten worden, vt, qui *re plus peteret*, tota causa caderet, vel damno litis mulctaretur;

39. Wahr, daß etiam hodierno iure absolutio ab instantia cum refusione, vt dictum, tripli damnorum et expensarum propterea merito locum habeat, quia actio proponitur inepta, et non concludens,

G

ade-

adeoque male agitur, quum circa rem petitam non sit praecisa obligatio;

40. Wahr und Rechtens, si haec *exceptio pluris petitionis* ante litis ingressum, vt fieri debet, quum sit dilatoria, opposita fuerit, et de illa ex confessione aduersarii aut instrumento debiti constare possit, quod iudici incumbat, vt reum statim absoluat, neque in causa principali amplius procedere possit, vel debeat;

Actor autem, ad haec elidenda, et ius exceptionis resoluendum, replicauerit: Betreffend die praetensam *exceptionem pluris petitionis*, kömmt klagenden Fürstern sehr fremd und selbsthäm vor, daß mehrerhochgedachte Fr. Br. Onolzh. Vormundschaft unter diesem praetext pro absolute ab instantia et citatione cum refusalione expensarum, et quidem in triplo, anhalten mögen, da doch weder in deren d. 11. May 1626. übergebenen Würzburgischen supplication pro Mandato poenali sine Clausula, noch in deren super reuolutione erkandt und ausgegangener Kayserlichen Citation, deren narrata aus vorgemeldter supplication gezogen, sich nirgend erfinden thut, daß **auf die ganze Stadt**, sondern vielmehr indefinite, **auf die Stadt Bixingen** geklagt, und deren restitution geberben worden; factum equidem esse, patet, vt in Celsissimo hoc Imperii Tribunali d. 29. Maii 1628. sententia pro actore lata publicataque fuerit: neque tamen, quae sententiam sunt subsequuta, negligi debent. Etenim quum postmodum coram Commissariis controuersia agigaretur, et actor inter alia vrgeret, daß die *exceptio pluris petitionis* ex officio reuocirt worden, rei confestim et diserte atque constanter

stanter responderunt: Daß aber *exceptio pluris petitionis* reiciert seyn sollte, wisse man, daß *pluris petitio* quoad instantiam et dilatoriam praeteriit, aber in caussa principali nicht reiciert sey: sonst müste die sententia anders gelauter haben, und wäre Brandenburg sein Erbtheil nicht reserviit. Weil aber reservatio geschehen, sey kein Zweifel, daß sie nur quoad exceptionem dilatoriam reiciert, aber die Hauptsache in ihrem esse gelassen, und darauf auch sententia declaratoria ertheilt worden; darbey man verharre und verhoffe, man werde dieselbe in Acht nehmen, und, daraus zu schreiben, gar nicht Ursach haben: 3) quamobrem, quae prudenti consilio diiudicanda, ad hanc rem eiusque pleniorum intelligentiam facientia, reliqua sunt, ad diiudicandum lectori prudentissimo, harumque rerum satis exercitato, nec iniuria, nec immerito quoque, relinquenda esse, existimo. De caetero autem satis, puto, constare, non vbique comparata esse Germanorum instituta, 4) vt, aut iuris ciuilibis, aut pontificii, tradita per omnia cum illis amice conspirent; atque propter ea ita potius rationem ineundam esse, censeo, vt, neque in totum reiiciamus huius, vel illius, decisiones, vel placita, neque temere ea, quia in multis ab illis recessum est, sequamur.

- 1) *Ad Institut. pag. 593. et in Exercitatt. ad Pand. exerc. VII. §. 3. lit. e.*
- 2) *Quae prostant publice sub Tit: Acta in Sachen Würzburg contra Brandenburg, in specie die Fürstl. Brandenburg. Onolzbach. Vormundschaft und Ablösung der Pfandschaft Kitzingen betreffend. Onolzbach 1629. in fol. quorum Actorum publicorum perlustrationem pro sua, qua in me est, gratia beneuole concessit*

Perillustis CHRIST. GOTTL. BVDERVS, Patronus et Promotor studiorum meorum, pia mente, religiose, omnique, qua possum, et qua deinceps etiam potero, animi obseruantia colendus, quem, in Academiae Ienensis ornamentum praecipuum, et in insigne orbis eruditi decus, Summum propitiumque, quod in coelis est, Numen, seruare quam clementissime, vt et diutissime, opto, pro clementia, gratiaque inmensa et incredibili, benigne velit.

- 3) Vid. *Act. modo allegat.* p. 158. 288. 297. *itemque* 436. *seq.*
 4) Vti nec aliorum extra Germaniam populorum: ita enim, vt alia omnia taceam, in STATVTIS CVRLANDICIS *artic. 142.* haec sanctio occurrit: *Qui re, tempore, loco et causa plus petierit, quam eum petere oportebat, eius, quod petiit, dimidio priuandus, et nihilominus tempus, locus et causa vniuscuiusque rei erunt seruanda.* Vid. libell. cui tit. *Solida demonstratio, quod Statibus Curlandiae, tanquam Vasallis feudi, in clyro Poloniae regno aperti, nullum de eo disponendi arbitrium, vel ius liberae quam vocant electionis competat, 1742. 4. p. 134.* Ex statuto tamen MANTVAE plus petentem puniri in amissionem veri crediti, et in duplum debiti iam soluti, et in tantumdem eius, quod plus debito petitum fuit, testatur FRANC. NIGER CYRIACVS *Controuersiar. Forens. Libr. III. controuers. 540. n. 7. et Libr. IV. controuers. 683. n. 25.*

VII.

*Quaestio-
num practi-
carum Syl-
loge:*

POTERANT haec hactenus disputata, et pro instituti ratione diducta, sufficere, nisi quaestiones nonnullas, quae ad illustrandam vltterius hanc doctrinam maxime facere videntur, et obseruationes practicas, tales scilicet, quae in ipsis rerum obtinent argumentis, superesse animaduertissem, quas adhuc examinasse non erit, credo, superfluum. Disceptari autem potissimum solet:

I. *Vtrum*

I. *Verum exceptio pluris petitionis sit DILATORIA, aut potius ANOMOLA?*

Et sunt certe, qui non sine probabili ratione defendunt, potissimum cum HENR. HAHNIO, 1) eam ante litem contestationem opponendam esse, alias enim, putant, si reus, ea omissa, ad libellum responderit, et litem fuerit contestatus, ad eam ulterius opponendam eundem nequiquam admitti debere. Verum autem contrariam opinionem, tamquam aequitati magis consentaneam, et quae suis rationibus minime destituitur, non tutius solum est, ut cum HIERON. TREVTLERO, 2) BRVNNEMANNO 3) et BERLICHIO, 4) sequamur, sed analogiae etiam iuris magis conueniens, ut hanc exceptionem, ob vim perimendi, quae sua natura illi inest, post etiam litem cum aduersario contestatam admittamus: id quod exemplo, a fideiussore, qui beneficio ordinis non renunciauit, ante tamen excussionem debitoris principalis conuento, egregie declarari poterit. 5) Interim tamen, semper aliquid dubii hac in re apud me remanere, inficias ire nolo.

- 1) *Ad WESENBEC. Tit. ff. de exceptionib. n. 3. in fin. et ZANGERO in Tr. de exceptionib. Part. II. cap. XI. n. 1. qui simul ibid. cap. XII. n. 5. hoc inter exceptionem pluris petitionis et pacti conuentionis notat discrimen, ut haec detur reo, quando ab initio debitum pure quidem fuerit contractum, postea tamen inter debitorem et creditorem conuenerit, ne intra certum tempus ageretur; illa vero reo competat, quum initio statim conuenit, ut res in diem vel sub conditione deberetur.*
- 2) *Vol. II. disp. XXXVI. thes. I. lit. e.*
- 3) *In Process. Civil. cap. VII. n. 25.*

4) *Cons.*

I. *Verum exceptio pluris petitionis sit dilatoria, aut potius anomola?*

- 4) *Conclusio. Practicab. Part. I. conclus. XVIII. n. 82. seq.*
 5) *Nov. IV. cap. 1. Auth. Praesente Cod. de fideiussorib.*

VIII.

II. *Virum exceptio pluris petitionis tempore paratam executionem impediatur?*

II. *Virum exceptio pluris petitionis tempore paratam executionem impediatur?*

Et hanc quidem quaestionem post COLERVUM et MOLLERVUM adfirmare nullus dubitavit MATTH. BERLICHIVS: 1) cuius sententia vel propterea etiam admittenda videtur, quia, rem iudicatam ex ipsa obligatione interpretari, aequum est; quam autem, dum reus probat, in remotius multo, quam quo petitur executio, tempus esse conceptam, quidni iudex merito etiam illum audiet; ne sic quoque actori plus, quam ipsi vere debetur, tribuat, et citius, quam debebat dando, quasi bis dare, quod iniquissimum foret, contra ius, fasque cogat.

- 1) *Conclusio. Practicabil. Part. I. conclus. LXXXIV. n. 11.*
 2) *Conf. THOM. HAYMII Tr. de sylo Curiae Libr. IX. Tit. 19. §. 15.*

IX.

III. *Utrumne iudex libellum, in quo plus re vel causa petitum fuerit, ex officio emendare et sustinere debeat?*

III. *Utrumne iudex libellum, in quo plus re vel causa petitum fuerit, ex officio emendare et sustinere debeat?*

Petitionem libelli ex natura contractus omnino formandam esse, tam quoad quantitatem, quam quoad modum petendi, recte adseritur. Inde igitur tali libello, in quo actor aut maiorem, quam quae ipsi debetur, summam, aut ex duabus rebus, quae ipsi alternatiue debentur, vnam tantum et simpliciter, petit, si ius strictum spectes, utique exceptio pluris

pluris petitionis re aut causa obiici poterit, et hoc quidem effectu, ut libellus reiiciatur, reus ab instantia, seu actione contra eum instituta, absolua- tur, et actor in expensas et damna quaeuis refarci- enda condemnerur. Interim tamen, quum iudici necessitas non solum incumbat, illa, quae in iure de- sunt aduocatis partium, verum pariter etiam quum integra Acta eius cognitioni subiiciuntur, si in facto quid neglectum aut erratum sit, supplendi, modo ex Actis et documentis, libello subiunctis, error vel factum adpareat: ita verissima eorum mihi vide- tur sententia, qui, libellum non satis apte conceptum tunc omnino saluandum, reiecta pluris petitionis exceptione, esse, quando ex facti narratione aut do- cumentis eidem annexis satis constat, actorem in petito formando aliquo modo errasse. 1) Atque hanc ipsam sententiam Iureconsultos Wittenber- geneses amplexos fuisse ex duplici responso patet, quorum alterum debemus CASP. HENR. HORNIO, 2) quod huius est tenoris: Hat Fr. H. C. von H. geböhre H. H. von G. wider ihre Stieff- und leibliche Kinder Klage erhoben, und darinnen unterschiedenes, insonderheit aber 300 Gulden jährlich Leib-Zinsen gefordert, und ihr wollet, ob exceptio plus petitionis diffalls zu opponiren? des Rechteu berichtet seyn. Wenn nun gleich in der Ehestiftung sub B., aus welcher die Klage angestellet wird, so viel, daß der Kläge- rinn 300 Gulden Französ. Wehrung versprochen worden, und daher, da selbige auf Gulden schlechterdings libelliret, wie sie plus re gebethen, davor gehalten werden wil; D. a. u. d. in der Klage keine Meißnische oder Rheinische Gulden an- gegeben, sondern simpliciter auf Gulden libelliret worden, dies- ses Wort aber und wie es anzunehmen, aus dem der Klage beygelegten Document sub B. leichtlich zu expliciren. Im
libri

übrigen die exceptio plus petitionis re heut zu Tage keinen andern effect, als daß der Beklagte bloß in die wahrhaftig schuldige Summa vertheilt werde, nach sich ziehet, dieses auch dem officio iudicis ohne dieß zu thun obliegt: So erscheinet daraus allenthalben so viel, daß Klägerin die exceptio plus petitionis nicht im Wege stehe, die condemnatio aber künftig anders nicht, als auf Franzöf. Gulden, einzurichten. B. N. W. Alterum exhibuit AVGVST. A. LEYSER, 3) in his fere terminis: Es ist Beklagte in vorigem Urtheil nach Anweisung des fol. 2. befindlichen Documentis **entweder** den beschriebenen Acker abzutreten, **oder** die dafür bezahlten 50 Reichsthaler nebst denen Zinsen und Unkosten zu erstatten, condemnirt worden. Hiewieder beschweret sich nun dieselbe deßhalben, weil die übergebene Klage unformlich zu seyn scheint, indem darinnen nicht der Acker, sondern bloß die 50 Reichsthaler gesucht worden. Alldieweil aber aus dem Documente, daß Beklagte den Acker Klägern **entweder** abzutreten, **oder** die bezahlten 50 Reichsthaler zu erstatten schuldig, **deutlich erhellet**, der abseiten Klägers hierbey vorgegangene Fehler aber **von dem Richter** wegen der angehängten clausulae salutaris **verbessert werden können**, so haben wir das vorige Urtheil confirmirt. B. N. W. 4) Immo etiam, si ex pacto contrahentium in fauorem debitoris alternatiue, in certum tamen tempus, concepta fuerit obligatio, neque tamen ex parte promissoris adimpleta, dubium non esse, puto, debitoris electionem postea immo et pluris petitionis exceptionem cessare, si moram creditori damnosam fuisse adpareat: quum *partim* pactio ad certum tempus ultra prodesse non possit reo: 5) *partim* etiam, creditori per moram debitoris iniquam conditionem inferri, iura non permittant. 6)

1) SAM. STRYCK. in *Vf. modern. Pandect. Vol. I. pag. 261.*

2) In *Consult. et Respons. Class. XVI. resp. 16. pag. 1256.*

3) In

- 3) *In Meditat. ad Pand. Vol. I. Spec. 37. pag. 377.*
- 4) Aliter equidem, sed frustra, ut opinor, aut saltem nimis generaliter, statuunt SICHARDVS ad l. 19. *Cod. de probat. n. 16.* ZAVNSCHLIFFERVS *de Offic. Iud. supplet. Part. II. conclus. 11. §. 2. n. 9.* et WILLENBERGIVS *in diss. de supplemento iudicis in causis partium Cap. III. §. 20.* exceptionem pluris petitionis ex Actis adparentem, et a reo non obseruatam, iudicem quoque supplere posse: quod supplementum ad hoc potissimum reo, cuius partes fauorabiliore ubique volunt, prodesse, addunt, ut absoluaatur ab instantia, consequatur ab actore expensas litis, et actor inepta quasi actione repellatur a iudicio.
- 5) *L. 27. §. 1. ff. de pactis.*
- 6) *L. 74. ff. de Regul. Iur. Add. Q. SEPTIM. FLOR. RIVINVS in Specim. Except. forens. cap. XXV. §. 2. et c. XXXV. §. 4.*

X.

IV. *Virum, si procurator praeter mandatum plus petit, poena haec etiam ad dominum redundet?*

Et, non redundare poenam ad dominum, censuerunt MENOCHIVS 1) et FRANC. NIGER CYRIACVS 2). Neque, ut videtur, sine ratione. In exequendo enim negotio fines praescripti a mandatario diligenter quidem sunt custodiendi, minime autem excedendi: nam, qui egreditur, non id, quod mandatum est, sed aliud facere, videtur, 3) proindeque excedendo mandatum, mandantem quoad excessum non obligat, nec mandanti praeiudicium facere potest. 4)

- 1) *Consil. 127. n. 8.*
- 2) *Controuers. forens. Libr. II. controuers. 327. n. 54.*
- 3) *L. 5. ff. Mandat. l. 41. ff. eod. tit. l. 12. Cod. eod. tit.*
- 4) *Arg. l. 10. Cod. de Procuratorib.*

XI.

V. *An et quousque actor euitare possit poenam pluris petitionis?*

H

Quod

IV. *Virum, si procurator praeter mandatum plus petit, poena etiam ad dominum redundet?*

V. An et
quousque
actor eui-
tare possit
pœnam plu-
ris petitio-
nis?

Quod possit, indubitati omnino, quousque autem possit, satis ambigui iuris esse, fere omnes fatentur. Actorem in poenam pluris petitionis nequaquam incidere, saltem *aliqui* volunt, si libello clausulam, *saluo iure superflui*, adiciendam curauerit. 1) Declinari autem hanc poenam posse per poenitentiam, in eo quidem *omnes* consentiunt: anceps autem haec remanet quaestio, vtrum poenitentia declarari praecise debeat ante litis contestationem, quemadmodum BERLICHIVS, 2) et qui eum sequuntur, putant; aut, post litem contestatam etiam, dummodo ante sententiam fiat, admitti possit, ceu post VALLENSSEM, 3) GRAVETTAM, 4) SCHNEIDEWINVM, 5) aliosque plures Practicorum plerique hodie statuunt. Nœc male forte, quia, non equidem *mutare* libellum, id est aliud pro alio, aut alio actionis genere aliquid petere, *emendare* autem libellum, id est, addere eidem aliquid vel detrachere, manente eodem actionis genere, vtiq̄e permissum actori etiam post litem contestatam, vsus fori non tantum probat, verum nonnullae quoque Ordinationes Processuales difere id beneficii genus ipsi largiuntur, interque eas nominatim POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE sapientissima constitutio, 6) in qua haec leguntur: Jedoch ist für keine Aenderung des Libelli zu halten, wann jemand selbigen sowohl vor als nach der litis contestation mit mehreren Umständen declariren, oder einen darinn begangenen Irrthum oder obscuritat corrigiren, und erläutern, oder anstatt des libellirten Quanti ein höheres oder **geringeres** fordern wolte: als welches ihm auch nach der litis contestation bey Führung des Beweises oder bis zur wahren Eides-Leistung annoch frey stehet. Aequitati interim quam maxime consentaneum videtur, vt, si ex tali emen-

emendatione actionis reo damna nonnulla obuenerint, actor improvidus ea omnia ipsi restituat atque refundat. In quam sententiam, animaduerto, HENR. LINCKIUM, 7) *Illustr. Facultatis Iuridicae Altorfinae nomine, ita aliquando respondisse: Da aber durch diese variation des N. Relicten einige Schäden oder Unkosten zugewachsen, und von demselben gebührend beygebracht werden können, so wäre Hahn per tradita Perezii ad Tit. Cod. de plus petit. n. 5. et Christinaei in Decisio. Belgic. Vol. II. decif. 157. dieselbe zu ersetzen schuldig. B. N. B.*

- 1) Et hanc quidem opinionem fouent cum ZASIO, BARBOSA, SCHNEIDEWINO, IOANN. ZANGERS in *Tr. de Exceptionib. Part. II. cap. XI. n. 14.* DAN. CLASENIUS in *Comment. ad Tit. Inst. de actionib. pag. 126.* IOAN. VINC. HONDEDEVS *Consultat. Iurid. Vol. I. consil. 109. n. 36. p. 663. edit. nouiss. Noribergens.* Alii contra cum LVDWELLO in *Exercitatt. ad Instit. exerc. XVI. thes. VII. litt. c.* et IO. HARPRECHTO in *Commentar. Institut. Tom. IV. pag. 775.* nihil hanc clausulam, et ne veniam quidem aut executionem, operari posse, propterea, quod protestationem inuoluere videatur factio contrariam, existimant.
- 2) *Conclus. Practic. Part. I. conclus. XXVIII. n. 22. seqq.* cuius sententiae subscripsit CARPOV. *P. I. const. XI. def. 6.* et PETR. MÜLLERS in *diff. de mutatione libelli c. III. §. 5.*
- 3) *In Paratitl. Decret. Tit. n. 6.*
- 4) *Consil. 511.*
- 5) *Ad §. 31. Inst. de actionib. n. 10.*
- 6) Vid. PROJECT eines Codicis Eueridiciani IV. Buch Tit. VI. §. 19. pag. 165.
- 7) *In Consil. et Respons. Altorfn. Resp. LVII. in fin. pag. 411.*

XII.

VI. *Quomodo plaris petitionis poena ad arresta porrigitur?*
 Hanc equidem quaestionem quum satis congruenter tractauerit praestantissimus sui temporis

VI. *Quomodo plaris petitionis poena*

ad arresta
porrigitur?

ICTUS DAVID MEVIUS, 1) iam placet, ipsius verba, in quantum ad eam illustrandam decidendamque faciunt, hoc loco subiungere. *Quid vero sentiendum, inquit, ubi ratione summae una quidem causa est, quae sub arrestum deducta fuit, sed RE PLUS PETITVM, veluti, si quis debitorem, vel res eius arrestari fecit pro centum, quum tamen non debeantur, nisi quinquaginta vel sexaginta, an tunc arrestum male vel inique factum dicitur, et, non attento, quod tamen aliquid debeatur, debitor relaxabitur? Ita putat PECKIVS in Tr. de iure sistendi Cap. XLVII. n. 8. cui ad stipulor, ob poenam plus petitionis. Sicut enim reus, a quo summa maior petitur, quam debetur, opposita exceptione plus petitionis, absolvitur ab instantia, vel observatione iudicii, condemnato actore in impensas et damna litis, si de ista vel ex confessione adversarii aut instrumento debiti iudici satis constet; ita multo magis ab arresto, quod peti non debet, nisi ubi certus sit arrestandus de debito. Ceterum id ita accipiendum puto, si statim hoc a debitore opponatur, petatque poenam plus petitionis decerni. Vbi vero hoc ipsi arresto statim non opponitur, sed debitor litem contestatur, vel facit, quod eius loco haberi solet, tunc absolutio fieri non debet, sed in quantum deberi constat, condemnari reus. Minor enim summa inest maiori; quod plus est, continet in se, quod minus; totum petens quamlibet eius partem petere dicitur. Quocirca hic merito discernitur inter eos casus, ubi alias ob exceptionem plus petitionis debitor absolvitur ab instantia, aut, ista non attenta, ad verum debitum solvendum condemnatur. Interim tamen, quando conditione pendente, vel antequam venerit dies solutionis, facultatibus forsitan labi debitor inciperet, arrestum concedendum omnino creditori esse, etiam pro tali debito conditionali, aut in diem, vel tunc saltem, si creditori alias non sufficienter cautum fuerit, ut ius reale in bonis debitoris consequatur, recte statuunt D. MOLLERVS, 2) H. PISTORIUS, 3) C. P. RICHTERVS, 4) CARPZOVIVS, 5) aliique. Neque hanc in rem plura opus est addere, nisi RESPONSVM quoddam ILLVSTRIS FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS, 6) cuius verba haec sunt: Dennoch aber und dieweil viel vornehme Rechts-*

Lehrer

Lehrer dahin schließen, daß, wann periculum in mora, ein Arrest auch wegen einer solchen Schuld, so noch nicht fällig, wohl kann gesucht und erlangt werden; So werdet ihr auch, Kraft eures erlangten Arrests, den andern Arrestanten billig vorgezogen. B. R. B. quo certe responso usus huius sententiae in medio foro optime demonstratur, ita vt nemo possit impofterum existimare, eam scholis exercendis quidem sufficere, ceteroquin autem inutile esse.

- 1) *In Tr. de Arrestis cap. XXV. n. 116. seqq.*
- 2) *Semestr. Libr. II. cap. 23.*
- 3) *Observat. 209. n. 12. seqq.*
- 4) *Decis. LXXXVII. n. 47.*
- 5) *Part. I. const. 29. defin. 30.*
- 6) *Apud. IOAN. PHILIPPI in Vsu pract. Institut. Iustin. Libr. IV. Tit. VI. §. 33. eclog. 58. n. 6.*

XIII.

VII. *An in concursu creditorum locus sit exceptioni plus petitionis tempore?*

Sunt omnino multi casus, in quibus, ante tempus qui etiam petit, poenam nullam incurrit. Quoties scilicet periculum in mora est, toties ante quoque tempus recte agi potest, 1) quia alias non satis provideretur creditori, vt suo tempore non fraudaretur iure suo. Ita igitur, monente MEVIO, 2) et creditori, si grauis subest ratio, licet, debitorem quocumque tempore, etiam ante solutionis terminum, coram iudice compellere, et compellere ad recognitionem manus et sigilli, et, qui in diem debet, si de fuga suspectus sit, aut propter iustam aliam causam, imprimis superuenientem eius inopiam 3) cogi potest etiam ante diem, non quidem ad soluendum, sed ad praestandam tamen cautionem de soluendo die adueniente. 4) Eadem dicenda esse, dubium non est, de casu, vbi circa bona multo aere alieno grauati concursus creditorum fuerit excitatus. In concursu enim creditorum, quemadmodum adcurate obseruauit ТНОМ. НАУМИВС, 5) exulat omnino pluris petitionis exceptio, quia induciae debitori concessae, *rebus sic stantibus*, intelligi debeant, statu autem debitoris mutato


VII. *An in concursu creditorum locus sit exceptioni plus petitionis tempore?*

tato a regulis etiam iuris communis recedendum sit. Praecipue autem exorto concursu omnes obaerati creditores quasi publice admonentur, aut nunc, aut numquam esse agendum: unde facile adparet, quod exceptio, diem nondum venisse, creditorem agentem non repellat, eam tamen, ad inter vsurium detrahendum, suadente aequitate, et debitori et creditoribus reliquis omnino prodesse. 6)

- 1) VIVIANVS ad cap. unic. X. de plus petit.
- 2) In Comment. ad lus Lubec. Libr. III. Tit. I. art. 8. n. 12. sqq.
- 3) Quas causas sollicitate quoque aduerterunt sapientissimi IURIVM PROVINCIAL. HASS. PRVSS. ET IVLIACENS. auctores, itemq; prudentiss. conditores IURIVM STATVTAR. NORIB. FRANCOF. LVBECENS. CVLMENS. seq. supra in hac Sect. II. §. III. seqq. memoratorum, inque iis aliisque similibus casibus, impune ante tempus quoque agi posse, sancierunt. Add. COTHMANN. in Resp. XVIII. n. 499. seqq.
- 4) L. 14. ff. de pignorib. L. 12. ff. qui satisfac. cogant.
- 5) In Tr. de stylo Curiae Libr. X. Tit. XIX. §. 5.
- 6) L. 10. §. 12. ff. quae in fraud. creditor. CARPZOV. in Iurispr. for. P. I. constit. 28. def. 147. et constit. 29. def. 30.

XIV.

ITA igitur illud, quod mihi proposui, iter iam nunc demum sum feliciter emensus, nec quicquam, puto, quod ad intelligentiam huius doctrinae necessarium videbatur, me omisisse: quamquam et adcuratius omnia ab aliis edideri, et ornatus etiam instrui, et a me quoque prolixius tractari potuisse, non ignorem. Viderint modo deinceps Interpretes et Pragmatici, quomodo doctrinam hanc in usum recte derivare possint: ego certe ab iis omnibus, quae haecenus apud Prudentes hanc in partem admissa, et non raro superuacua, quia et prope sunt innumera, labens et non inconsulto absitino, eaque iis potius, nec inuitus, relinquo, quibus volupe est, in fori tricis haerere, et inter Iurisconsultorum argutias confenscere.



COROLLARIA.


- I. *Non prorsus inepte dicitur, res incorporales etiam in dominio nostro esse.*
- II. *Consensum praesumptum quasi contractuum fundamentum esse, negamus.*
- III. *Seruitutes quaecunque vel personales sunt, vel reales: mixtam speciem, quam ex l. 14. in fin. ff. de aliment. et cibariis. legat. nonnulli elicere voluerunt, non immerito reiiciendam esse, censemus.*
- IV. *Definitio legati, quam Iustinianus in pr. Instit. de legat. suppeditat, optime sese habet.*
- V. *Heres aditam cum beneficio inuentarii hereditatem libere quidem repudiare, sed diuidendam eam creditoribus, legataris, cet. relinquere non potest.*
- VI. *Heredes uxoris adione rerum amotarum conueniri quidem, sed non in solidum, possunt, verum eatenus saltem, quatenus ad eos peruenit.*

I


VII.



- VII. *Omne illud, quod propter suffragium promissum est, hodie etiam, conditione certi peti potest.*
- VIII. *Male statuit STRYCK in diff. de investitur. abus. cap. II. §. 12. effectuationem olim tantum in traditione rerum immobilium adhibitam fuisse.*
- IX. *Utrum ex hypothesi Iuris Protestantium dentur piae causae, sine causa in dubium olim vocavit THOMASIVS.*
- X. *Non satis accurate STRVVIVS in Iurispr. feudal. cap. XI. §. 3. investituram symbolicanam et abusivam pro synonymis habet.*








Rinteln, Diss., A48-61

ULB Halle
005 023 203

3



TA → OL nr 1+ 24 Stück



DISSERTATIO IVRIDICA
SISTENS
THEORIAM ET VSVM PRACTICVM
DOCTRINAE
DE PLVRIS PETITIONE

QVAM
AVSPICIIS DIVINIS
RECTORE
ILLVSTRIS ACADEMIAE HASSO-SCHAVMBVURGICAE
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE ATQVE DOMINO
CLEMENTISSIMO
DOMINO FRIDERICO
HASSIAE LANDGRAVIO, PRINCIPE HERSFELDIAE, COMITE
CATTIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE NIDDAE
SCHAVENBVURGI HANOVIAE RELIQVA

PRAESIDE
IOANNE WUNDERLICH
IVR. VTR. DOCTORE ITEMQVE IVRIS CANONICI PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO

AD D. FEBR. A. O. R. c**l** b CCLXI.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTET

IOANNES ERNESTVS CVHN
CASSELL. - HASSVS.

RINTELII
LITTERIS I. G. ENAX, ACAD. TYPOGR.

B, 375.
24
2208

1761, 1.

